REPETITIO CELEBERRIMI CAP. SACRIS EXTR. DE HIS, QVÆ VI met. vé cauſ. fiunt.

FOEDERICI SVRDI
I. C. BONONIENSIS
Eccleſiæ S. Laurentij de Imola Archipresbiteri, Curiæ Epiſcopalis eiuſdem Ciuitatis Vicarij Generalis.


VBI INTER CAETERA LATE tractatur de metu circa Cenſuras.



BONONIÆ MDCVI.
Apud Ioannem Baptiſtam Bellagambam.
SVPERIORVM PERMISSV.

Expenſis Simonis Parlaſchæ.

PERILLVSTRI, AC REVERENDISSIMO DOMINO D. ALEXANDRO MVSOTTO EPISCOPO IMOLENSI. PATRONO COLENDISSIMO.



Fœdericus Surdus F.



VMMVM pietatis genus, (Perillustris, ac Reuerendissime Præsul) illud esse semper existimaui, Errantibus veritatis lumen ostendere, vt, fugata nubilosa cæcitatis caligine, ad veram viam reuocati optatum finem, præcipitio, ad quod properabant, deuitato, se assecutos fuisse lætentur. Errant ergo qui Summi Pontificis In-

terdictum in amplissimo dominio Veneto impositum ex imminenti vitæ periculo obseruare recusant, sed magis errant, qui ratione à sacris Canonibus collecta, peruersam hanc opinionem fouere contendunt, veras interpretationes reffellendo, prauasque contra legitimas, & communes traditiones admittendo, quod cum ego circa intellectum t. sacris extr. de his, quæ vi, metus ve causa fiunt, nimis audacter fieri cognouissem, vt timoratæ conscientiæ viri veritatis claritate illuminati, specimen erroris, quo inuoluti tenentur effugere valeant, & impia eorum temeritas, qui pertinaci animo falsæ interpretationi adhærent, manifesta reddatur, repetitionem illius conscribendam assumpsi; Quam cum edere, & in lucem emittere decreuerim, clarissimi nominis tui splendore decoratam, ac præsidij tui ope munitam, prodire constitui, vt qui in tua protectione me, meaque suscepisti, & hos qualescunque labores recipere non dedigneris. Nec me latet tenue munus, nec præstantia tua dignum, qui tot virtutum præconijs fulges, tanta prudentia in commisso tibi grege moderando, cæterisque rebus agendis præstas, qui ad viuacis senectæ annos perductus, peracta tempora in summorum Principum obsequio transegisti, vt perfecta cum ætate in te creuerint mores, doctrina, prudentia, cæteraque animi dotes, quæ te, non modo insignem, sed admirabilem reddunt. Sed, si munus tenue, humillimi tamen serui tui magna est deuotio, qui solum tibi seruire, grataque præstare studet, qui dignus est, vt, quem munificentissima semper prosecu-

secutus es liberalitate, & hac quoque honestes humanitate. Suscipe igitur illud libenti animo, existimationem enim non modicam ex tua tutela consequetur, & ego pro suscepto beneficio Deum immortalem pro tua salute humiliter deprecabor.

Datum Imolæ Idib. Decemb. MDCVI.



CAP.

Sacris est Canonibus, & infra.

Distinguimus autem vtrum is, qui cōmunicat excōmunicatis inuitus, sit per coactionē adstrictus, aut per metum inductus.

In primo casu talem nō credimus excōmunicatione teneri, cum magis pati, quā agere conuincatur.

In secūdo, licet metus attenuet culpam, quia tamen non eam prorsus excludit, cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatū incurrere, excommunicationis labe credimus inquinari.

REPETITIO CELEBERRIMI CAP. SACRIS

Extr. de his, quæ vi met. ve caus. fiunt.

FOEDERICI SVRDI I. C. Bonon. Vicarij Generalis Imol.

SVMMARIVM



1 *Distinctione utendum est in resolutione dubiorum.*

2 *Distinctione tolluntur contrarietates, & Doctorum dicta saluantur.*

3 *Distingue tempora, & concordabis scripturas.*

4 *Doctori distinguenti, tanquam magis veritati adhærenti, credendum est.*

5 *Distinctione utendum est ad vitandum absurda.*

6 *Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus, quod declaratur.*

7 *Vis alia præcisa, alia conditionalis.*

8 *Vis*

8 *Vis præcisa quæ sit.*

9 *Intellectus l. 1. §. fin. ff. de auth. tutor.*

10 *Nulla pœna debetur in vi præcisa, cum quis non dicatur agere, sed pati.*

11 *Coactio præcisa non datur in iuramento, & redditur ratio.*

12 *Ioan. Andr. vult illud procedere in iuramento verbali, secus in actuali, quod non admittitur.*

13 *Actus regulatus à vi præcisa, non est actus.*

14 *Io. de Selua loco allegato reprobatur.*

15 *Sponsalia iurata contrahentes præcisè compellendi ad matrimonium.*

16 *Quod non est intelligendum de hac præcisa coactione.*

17 *Verbum præcisè dicto casu exponitur, idest finaliter.*

18 *Coactio præcisa non datur in actu voluntario:*

19 *Vis causatiua quæ dicatur.*

20 *Actus vi causatiua facti sunt voluntarij simpliciter, secundum Nauar.*

21 *Quod absolute non admittit Author.*

22 *Mala omnia pati melius est, quam culpæ malo consentire.*

23 *Exempla non restringunt regulam.*

24 *Excommunicatio quare dicatur labes.*

25 *Ignorans communicans excommunicato est melioris conditionis, quam metum passus.*

26 *Ignorans regulariter excusatur à delicto.*

27 *Vis*

27 *Vis, quæ procedit ex infirmitate carnis, non est timenda, & de ratione.*

28 *Testamentum non valet, vbi testes sunt coacti.*

29 *Excommunicato communicare licet, vbi tractatur de illius salute.*

30 *Participans per metum, si iniquitati non consentiat, non est excommunicatus secundum Host. quòd non admittit Imol.*

31 *Pœna in delinquente per metum debet esse extraordinaria.*

32 *Idem quando ex alia causa, quàm metus venit minoranda.*

33 *Quod procedit, vbi à statuto etiam pœna imponitur.*

34 *Statuta imponentia pœnam requirunt dolum.*

35 *Pœna imposita ipso iure, an ex spontanea confessione possit minorari, est quæstio difficilis.*

36 *Pœna imposita ipso iure incurritur à delinquente per metum, temperanda tamen à Iudice in executione.*

37 *Pœna, ipso iure imposita, habet executionem iuris.*

38 *Bonis confiscatis ipso iure, tertio poterit Princeps illa concedere, etiam non secuta declaratione super facto.*

39 *Collatio beneficij potest fieri, quando ipso iure est secuta priuatio, etiam non lata sententia super facto.*

40 *Mulier excusatur ex iuris ignorantia, secus si pœna sit imposita ipso iure.*

41 *Recepianti Bannitum sibi consanguineum, vel affinem, imponenda est pœna statuti, ubi certè est ab eo determinata.*

42 *Pœna, imposita à statuto, poterit minorari in sene, & puero, non tamen poterit ad hoc cogi Iudex, nec ab eo appellari si recusauerit illam mitigare.*

43 *Euitatur pœna statuti secundum Zabarel. si doceatur de aliqua causa, ex qua veniat mitiganda pœna.*

44 *Contrarium tenet Socin. loco allegato.*

45 *Puer percussor Clerici incurrit excõicationẽ (can. si quis suadente, licet mitius debeat puniri.*

46 *Pœna debet commensurari delicto.*

47 *Excommunicatio non incurritur sine dolo.*

48 *Metu iusto delinquens excusatur à dolo.*

49 *Peregrinus, & viator, potest pro petendis alimentis communicare cum excommunicato.*

50 *Excõicatio, ex participatione in diuinis, non incurritur, nisi spontanea fuerit participatio.*

51 *Participatio cum hæretico, de qua in c. Iulianus admittitur ad vitandam sæuitiam in Christianos, quod procedit prout infr. nu. 120.*

52 *Lex, prohibens participationem cum excommunicato, est iuris positiui.*

53 *Lex admittit participationem cum excommunicato ex leuiori causa, quàm vitandæ mortis.*

54 Remiges Christiani in triremibus Infidelium contra Christianos remigantes metu vitæ non incurrũt excommunicationem secundum Nauar.

55 Actum hæreticalem committens metu mortis, non est hæreticus censendus.

56 Intellectus primus ad hoc c. Sacris, est, quod metu vano participans cum excommunicato incurrat Censuras, secus si metus sit iustus.

57 Intellectus secũdus est, quod cõicans excõicato in crimine, vel vbi maior excõicatio, & peccatũ mortale incurritur, nõ excusatur ex metu etiã iusto.

58 Intellectus tertius est, quod participans in diuinis non excusatur propter metum iustum.

59 Intellectus quartus est, quod participans ex metu cum excommunicato post monitionem Iudicis, incurrit Censuram.

60 Intell. quintus est, quod participãs quouis modo cũ excõicato incurrit Censuram, non obstante metu.

61 Peccatum veniale in simplici participatione cum excommunicato incurritur.

62 Intellectus sextus Francisci Soarez est, quod in tex. nostro non sit constituta regula vniuersalis, quod metus nunquam excuset, sed solum, quod metus non excusat, prout vis præcisa excusat.

63 Negatiua potentius negat, quam affirmatiua affirmet.

64 Ratio affertur, quare in negatiuis dispositionib. nihil, quãuis minimũ, excludatur, & hoc exornatur

79 Metus non excusat à participatione, vbi fit cum peccato mortali, siue malitia, oriatur ex intrinseca natura actus, siue ex concurrenti qualitate.

80 Actio qualificata non est amplius in sua specie.

81 Casus, in quibus participando cum excommunicato incurritur peccatum mortale, & per consequens Censura.

82 Participans in diuinis cum excommunicato, in his, quæ ei prohibita sunt, peccat mortaliter.

83 Participans in diuinis quando non peccat mortaliter.

84 Sacerdos, metu impulsus, potest celebrare coram excommunicato, absque incursu peccati mortalis, & Censuræ, vbi non in contemptum fidei; & cēsura quod est intelligendū vt infr. n. 86 & 88.

85 Participatio in diuinis est peccatum mortale, vbi sequitur vilipendium fidei, & Censura, & eo casu non excusat metus.

86 Participatio in diuinis cum mortali est prohibita, non obstante metu ex tex. nostro.

87 Opinio communis non attenditur, vbi eius ratio apparet falsa; sed attenditur, quæ meliori ratione fulcitur.

88 Clericus, participans in diuinis cum excommunicato à Papa, incurrit excommunicationem, non obstante metu, & ratio adducitur.

89 Clericus, participans in diuinis ex vi causatiua cum excom-

excommunicato à Papa, secundum omnes, incurrit culpam mortalem.

90 Idem etiam quoad Censuram, quod latè probatur.

91 Metus in participatione Clerici in diuinis cum excommunicato à Papa excusat à tanto, non à toto.

92 Spõtanea participatio requiritur in suprad.ª participatione, respectu totius pœnæ, nõ autẽ partis pęnæ.

93 Vel per eam excluditur absoluta coactio, non autẽ conditionalis. mortaliter.

94 Frequenter participans cũ excõicato, quando peccet

95 Metus nõ excusat participantem cum excommunicato, quando participans faceret contra proprium Iuramentum.

96 Periurus non debet quis effici ex nullo metu.

97 Quod procedit, siue iuramentum sit assertorium, siue promissorium.

98 Captus iustè, & sub iuramento de redeundo relaxatus, tenetur redire, etiam stante timore mortis.

99 Iudici, iuris ordine seruato interroganti contra veritatem, iureiurando aliquid negari non potest, etiam pro saluanda vita.

100 Metus non excusat participantem cum excommunicato quando participans ratione officij, & dignitatis tenebatur illum vitare.


101 Proditor est veritatis, qui propter metum non manifestat veritatem, vel loquitur mendacium.

102 Prælatus metu non deffendens veritatem, est proditor veritatis.


103 *Lex durè agit cum Prælato, metu delinquente.*
104 *Prælatus, metu actum hæreticalem committens est vehementer suspectus de hæresi.*
105 *Prælati cæteris puniuntur crudelius, quia deterius pec(cant.*
106 *Dignitas aggrauat peccantem, non peccatum.*
107 *Peccatum augetur quando est contra propriam dignitatem.*
108 *Contra proprium iuramentum delinquere grauissimum est in Prælato.*
109 *Lex, obligans ad vitandum excommunicatum, cum periculo vitæ, ligat, nec metus excusat.*
110 *Lex, quamuis dura, est seruanda.*
111 *Metu participans minori pœna puniendus est in absolutione, quam sponte participans.*
112 *Dolo facit, qui leges transgreditur.*
113 *In dolo est, qui non facit, quod facere tenetur.*
114 *Participans ex metu cum excommunicato est in dolo, etiam ob contemptum legis de non timendo eos, qui occidunt corpus, quod magis procedit in personis Ecclesiasticis.*
115 *Metus non tollit malitiam actus in prohibitis.*
116 *Participatio permittitur, vbi de præiudicio excommunicati tractatur.*
117 *Participatio permittitur, vbi medium participandi est de genere permissorum.*
118 *Bartholomæus Vgolinus summopere laudatur.*
119 *Metus, & coactio non excludit culpam, neq; Censuram in casu c. significauit, de sent. excom.*



PERILLVSTRI, AC REVERENDISSIMO DOMINO D. ALEXANDRO MVSOTTO EPISCOPO IMOLENSI, PATRONO COLENDISSIMO.



Fœdericus Surdus F.




VMMVM pietatis genus, (Perillustris, ac Reuerendissime Præsul) illud esse semper existimaui, Errantibus veritatis lumen ostendere, vt, fugata nubilosa cæcitatis caligine, ad veram viam reuocati optatum finem, præcipitio, ad quod properabant, deuitato, se assecutos fuisse lætentur. Errant ergo qui Summi Pontificis In-

terdictum in amplissimo dominio Veneto impositum ex imminenti vita periculo obseruare recusant, sed magis errant, qui ratione à sacris Canonibus collecta, peruersam hanc opinionem fouere contendunt, veras interpretationes reffellendo, prauasque contra legitimas, & communes traditiones admittendo, quod cum ego circa intellectum c. sacris extr. de his, quæ vi, metus ve causa fiunt, nimis audacter fieri cognouissem, vt timoratæ conscientiæ viri veritatis claritate illuminati, specimen erroris, quo inuoluti tenentur effugere valeant, & impia eorum temeritas, qui pertinaci animo falsæ interpretationi adhærent, manifesta reddatur, repetitionem illius conscribendam assumpsi; Quam cum edere, & in lucem emittere decreuerim, clarissimi nominis tui splendore decoratam, ac præsidij tui ope munitam, prodire constitui, vt qui in tua protectione me, meaque suscepisti, & hos qualescunque labores recipere non dedigneris. Nec me latet tenue munus, nec præstantia tua dignum, qui tot virtutum præconijs fulges, tanta prudentia in commisso tibi grege moderando, cæterisque rebus agendis præstas, qui ad viuacis senectæ annos perductus, peracta tempora in summorum Principum obsequio transegisti, vt perfecta cum ætate in te creuerint mores, doctrina, prudentia, cæteraque animi dotes, quæ te, non modo insignem, sed admirabilem reddunt. Sed, si munus tenue, humillimi tamen serui tui magna est deuotio, qui solum tibi seruire, grataque præstare studet, qui dignus est, vt, quem munificentissima semper prosecu-

secutus es liberalitate, & hac quoque honestes humanitate. Suscipe igitur illud libenti animo, existimationem enim non modicam ex tua tutela consequetur, & ego pro suscepto beneficio Deum immortalem pro tua salute humiliter deprecabor.

Datum Imolæ Idib. Decemb. MDCVI.



CAP.

C A P.

Sacris est Canonibus, & Infra.

Distinguimus autem vtrum is, qui cõmunicat excõmunicatis inuitus, sit per coactionẽ adstrictus, aut per metum inductus. In primo casu talem nõ credimus excõmunicatione teneri, cum magis pati, quã agere conuincatur.

In secũdo, licet metus attenuet culpam, quia tamen non eam prorsus excludit, cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatũ incurrere, excommunicationis labe credimus inquinari.

REPETITIO CELEBERRIMI CAP. SACRIS

Extr. de his, quæ vi met. ve caus. fiunt.

FOEDERICI SVRDI I. C. Bonon. Vicarij Generalis Imol.

SVMMARIVM

1 *DIstinctione vtendum est in resolutione dubiorum.*
2 *Distinctione tolluntur contrarietates, & Doctorum dicta saluantur.*
3 *Distingue tempora, & concordabis scripturas.*
4 *Doctori distinguenti, tanquam magis veritati adhærenti, credendum est.*
5 *Distinctione vtendum est ad vitandum absurda.*
6 *Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus, quod declaratur.*
7 *Vis alia præcisa, alia conditionalis.*

8 *Vis*

27 *Vis, quæ procedit ex infirmitate carnis, non est ii- mendа, & de ratione.*

28 *Testamentum non valet, vbi testes sunt coacti.*

29 *Excommunicato communicare licet, vbi tractatur de illius salute.*

30 *Participans per metum, si iniquitati non consentiat, non est excommunicatus secundum Host. quod non admittit Imol.*

31 *Pœna in delinquente per metum debet esse extraordinaria.*

32 *Idem quando ex alia causa, quàm metus venit minoranda.*

33 *Quod procedit, vbi à statuto etiam pœna imponitur.*

34 *Statuta imponentia pœnam requirunt dolum.*

35 *Pœna imposita ipso iure, an ex spontanea confessione possit minorari, est quæstio difficilis.*

36 *Pœna imposita ipso iure incurritur à delinquente per metum, temperanda tamen à Iudice in executione.*

37 *Pœna, ipso iure imposita, habet executionem iuris.*

38 *Bonis confiscatis ipso iure, tertio poterit Princeps illa concedere, etiam non secuta declaratione super facto.*

39 *Collatio beneficij potest fieri, quando ipso iure est secuta priuatio, etiam non lata sententia super facto.*

40 *Mulier excusatur ex iuris ignorantia, secus si pœna sit imposita ipso iure.*

41 *Recepianti Bannitum sibi consanguineum, vel affinem, imponenda est pœna statuti, ubi certè est ab eo determinata.*

42 *Pœna, imposita à statuto, poterit minorari in sene, & puero, non tamen poterit ad hoc cogi Iudex, nec ab eo appellari si recusauerit illam mitigare.*

43 *Euitatur pœna statuti secundum Zabarel. si doceatur de aliqua causa, ex qua veniat mitiganda pœna.*

44 *Contrarium tenet Socin. loco allegato.*

45 *Puer percussor Clerici incurrit excõicationẽ can. si quis suadente, licet mitius debeat puniri.*

46 *Pœna debet commensurari delicto.*

47 *Excommunicatio non incurritur sine dolo.*

48 *Metu iusto delinquens excusatur à dolo.*

49 *Peregrinus, & viator, potest pro petendis alimentis communicare cum excommunicato.*

50 *Excõicatio, ex participatione in diuinis, non incurritur, nisi spontanea fuerit participatio.*

51 *Participatio cum hæretico, de qua in c. Iulianus admittitur ad vitandam sæuitiam in Christianos, quod procedit prout infr. nu. 120.*

52 *Lex, prohibens participationem cum excommunicato, est iuris positiui.*

53 *Lex admittit participationem cum excommunicato ex leuiori causa, quàm vitanda mortis.*

54 Remiges Christiani in triremibus Infidelium contra Christianos remigantes metu vitæ non incurrũt excommunicationem secundum Nauar.

55 Actum hæreticalem committens metu mortis, non est hæreticus censendus.

56 Intellectus primus ad hoc c. Sacris, est, quod metu vano participans cum excommunicato incurrat Censuras, secus si metus sit iustus.

57 Intellectus secũdus est, quod cõicans excõicato in crimine, vel vbi maior excõicatio, & peccatũ mortale incurritur, nõ excusatur ex metu etiã iusto.

58 Intellectus tertius est, quod participans in diuinis non excusatur propter metum iustum.

59 Intellectus quartus est, quod participans ex metu cum excommunicato post monitionem Iudicis, incurrit Censuram.

60 Intell. quintus est, quod participãs quouis modo cũ excõicato incurrit Censuram, non obstante metu.

61 Peccatum veniale in simplici participatione cum excommunicato incurritur.

62 Intellectus sextus Francisci Soarez est, quod in tex. nostro non sit constituta regula vniuersalis, quod metus nunquam excuset, sed solum, quod metus non excusat, prout vis præcisa excusat.

63 Negatiua potentius negat, quam affirmatiua affirmet.

64 Ratio affertur, quare in negatiuis dispositionib. nihil, quãtũ minimũ, excludatur, & hoc exornatur

79 *Metus non excusat à participatione, vbi fit cum peccato mortali, siue malitia, oriatur ex intrinseca natura actus, siue ex concurrenti qualitate.*

80 *Actio qualificata non est amplius in sua specie.*

81 *Casus, in quibus participando cum excommunicato incurritur peccatum mortale, & per consequens Censura.*

82 *Participans in diuinis cum excommunicato, in his, quæ ei prohibita sunt, peccat mortaliter.*

83 *Participans in diuinis quando non peccat mortaliter.*

84 *Sacerdos, metu impulsus, potest celebrare coram excommunicato, absque incursu peccati mortalis, & Censuræ, vbi non in contemptum fidei, & cēsur & quod est intelligendū vt infr. n. 86 & 88.*

85 *Participatio in diuinis est peccatum mortale, vbi sequitur vilipendium fidei, & Censuræ, & eo casu non excusat metus.*

86 *Participatio in diuinis cum mortali est prohibita, non obstante metu ex tex. nostro.*

87 *Opinio communis non attenditur, vbi eius ratio apparet falsa; sed attenditur, quæ meliori ratione fulcitur.*

88 *Clericus, participans in diuinis cum excommunicato à Papa, incurrit excommunicationem, non obstante metu, & ratio adducitur.*

89 *Clericus, participans in diuinis ex vi causatiua cum excom-*

excommunicato à Papa, secundum omnes, incurrit culpam mortalem.

90 Idem etiam quoad Censuram, quod latè probatur.

91 Metus in participatione Clerici in diuinis cum excōmunicato à Papa excusat à tanto, non à toto:

92 Spōtanea participatio requiritur in suprad.ª participatione, respectu totius pœnæ, nō autē partis pęnæ.

93 Vel per eam excluditur absoluta coactio, non autē conditionalis. (mortaliter.

94 Frequenter participans cū excōicato, quando peccet

95 Metus nō excusat participantem cum excommunicato, quando participans faceret contra proprium Iuramentum.

96 Periurus non debet quis effici ex nullo metu.

97 Quod procedit, siue iuramentum sit aßertorium, siue promißorium.

98 Captus iuste, & sub iuramento de redeundo relaxatus, tenetur redire, etiam stante timore mortis.

99 Iudici, iuris ordine seruato interroganti contra veritatem, iureiurando aliquid negari non potest, etiam pro saluanda vita.

100 Metus non excusat participantem cum excommunicato quando participans ratione officij, & dignitatis tenebatur illum vitare.

101 Proditor est veritatis, qui propter metum non manifestat veritatem, vel loquitur mendacium.

102 Prælatus metu non deffendens veritatem, est proditor veritatis.

103 Lex

103 *Lex durè agit cum Prælato, metu delinquente.*
104 *Prælatus, metu actum hæreticalem committens est vehementer suspectus de hæresi.*
105 *Prælati cæteris puniuntur crudelius, quia deterius pec*
106 *Dignitas aggrauat peccantem; non peccatum.*
107 *Peccatum augetur quando est contra propriam dignitatem.*
108 *Contra proprium iuramentum delinquere grauissimum est in Prælato.*
109 *Lex, obligans ad vitandum excommunicatum, cum periculo vitæ, ligat, nec metus excusat.*
110 *Lex, quamuis dura, est seruanda.*
111 *Metu participans minori pœna puniendus est in absolutione, quam sponte participans.*
112 *Dolo facit, qui leges transgreditur.*
113 *In dolo est, qui non facit, quod facere tenetur.*
114 *Participans ex metu cum excommunicato est in dolo, etiam ob contemptum legis de non timendo eos, qui occidunt corpus, quod magis procedit in personis Ecclesiasticis.*
115 *Metus non tollit malitiam actus in prohibitis.*
116 *Participatio permittitur, vbi de præiudicio excommunicati tractatur.*
117 *Participatio permittitur, vbi medium participandi est de genere permissorum.*
118 *Bartholomæus Vgolinus summopere laudatur.*
119 *Metus, & coactio non excludit culpam, neq; Censuram in casu c. significauit, de. sent. excom.*

120 *Hæreticus non denunciatus potest non vitari, & eo casu habet locum Extrauag. Martini V.*

121 *Participatio cum excommunicato, vbi fit cum mortali peccato, à lege est prohibita, etiam cum periculo vitæ.*

122 *Milites Christiani Iuliani Apostatæ, si ex metu pugnassent in alios Christianos, incurrissent pœnas, quæ ob pugnam in Christianos à sacris Canonibus imponuntur.*

123 *Nauarr. quomodo sit intelligendus in c ita quorundam de Iudæis, Not. 11. nu. 18.*

124 *Error in intellectu requiritur ad incurrendam hæresim, vbi actus est metu factus.*

125 *Interdictum S. D. N. in terris Venetorum violantes peccant mortaliter, quod latè probatur.*

126 *Domini terrarum, cogentes ad violandum Interdictum, peccant mortaliter, & sunt excõmunicati.*

127 *Interdictum prædictum violantes veniunt contra Censuram Papæ cum vilipendio Ecclesiæ.*

128 *Interdicti prædicti violatio est in dedecus Ecclesiasticæ dignitatis.*


129 *Ecclesiasticæ personæ, violantes Interdictum prædictum, faciunt contra proprium iuramentum.*

130 *Intentio Sũmi Pont. ex quibus colligatur, quòd obliget ad seruandũ Interdictum cum periculo vitæ.*

131 *Peccata metu commissa, vt consensu caruisse dicantur, quid agendum.*

132 *Quod exemplis declaratur.*

Sancti



SANCTI SPIRITVS invocatione præmissa, ad laudem Dei, omniumque Sanctorum, quorum festum hodie sancta veneratur Ecclesia, Innocentij Tertij Decretalem SACRIS incipientem, in tit. de his, quæ vi, metu ve causa fiunt, registratam, interpretandam mihi assumo; non vt aliquam terrenam laudem consequar, cum potius ob ingenij mei imbecillitatẽ in hoc arduo, ac difficili negotio possim merito ab his, qui vberius degustauerunt arcana Iuris Canonici, repræhendi; quibus quidem, in quantum veritatis semitam attingent, humiliter me subijcio; illos enixè rogans, ne inuidiæ liuore, vel studio cõtradicendi, id faciant. Minusque, vt alicui priuatæ personæ satisfaciam, probut, hanc Decretalem repetendo, fecit Io. Andr. qui fauore Milantiæ mulieris, quæ eam allas audiuit sub egregio viro Teuthonico, illam prosecutus est, prout hic ipse testatur, de quo summopere repræhenditur per Butriũ: Nec etiam, vt præmium aliquod consequar, nisi illud, quod dat Deus diligentibus se, sed solùm pio zelo impulsus ad manifestandam pertinaciam aliquorum, qui, immemores salutis æternæ, deprauantes sanum textus nostri intellectum, ex illius dispositione fulti, docent absque læsione consciẽtiæ, licere censuras, & interdictum Summi Pontificis, eiusque mandata paruipendere, ac alia facere, cum maximo Reipublicæ Christianæ detrimento, suadentes quæ non oportet turpis cõmodi causa, quos Deus illuminare dignetur.

Ad rem igitur deueniendo, sumatur iste tex. hoc pacto; Excommunicatio non inducitur in communicante

 cum

cum excommunicato ex absoluta coactione; cum is pati magis, quàm agere dicatur; ex conditionali vero licet ipsa culpam attenuet, secus est dicēdum, cum pro nullo metu mortale peccatum quis debeat incurrere. Diuiditur vt hic per Doctores communiter.

Casus figurari potest hoc modo. Quæsitum fuit à Summo Pontifice; An inuitus, communicans excommunicato, incurrat excommunicationem. Ratio autem dubitandi erat, quia si plures actus prohibiti, sub pœna committantur, etiam non concurrente voluntate, quandoque incurritur pœna; & hoc est, quod lex dicitur aliquando inuoluntariorum coerctio, patet in irregularitate, quæ contrahitur ex homicidio, quæ incurritur in illo, quando est casuale, absque concursu voluntatis. Glo. in c.sicut dignum, §.fi. in verb. consilium, circ. med. per tex. in c.ex literis. extr. eod. & ad obseruantiam fidei Christianæ tenetur etiam sub pœna, qui inuitus suscepit Sacramentum Baptismi: c.maiores, §.item quæritur ibi *fidem, quam necessitate susceperunt.* de baptis. & eius effect. ita ad pœnam debet teneri, qui inuitus communicat excommunicato.

His tamen dubitandi rationibus non obstantibus, Summus Pontifex distinguendo respondet, quòd inuitus communicans excommunicato, aut est per coactionem adstrictus, aut per metum inductus, primò casu non est excommunicatus, secundo vero est excommunicatus; ratio autem decisionis vtriusque dicti assignatur in tex. quia per coactionem adstrictus, magis pati, quàm agere, conuincitur; per metum vero inductus, ex quo culpa ex metu, licet attenuetur, non tamen prorsus excluditur, dicitur excommunicatus, cum pro nullo metu quis

debeat mortale peccatum incurrere.

Non obstant contraria, quia in homicidio casuali, ad hoc, vt contrahatur irregularitas, requiritur culpa, vel negligentia, qua cessante cessat irregularitas. Couarr. latè in Clem. vnic. par. 3. §. vnic. in princ. de homic. vnde licet non concurrat voluntas directè in homicidio, concurrit tamen indirectè; & ideo contrahitur irregularitas, & sic tollitur etiam illud, quod lex est coërctio inuoluntariorũ, quia debet intelligi de inuoluntarijs directè, quæ indirectè sunt voluntaria; in casu autem nostro nulla voluntas concurrit, sed communicatio fit à coacto, ergo non incurritur excommunicatio.

Ad tex. in c. maiores, §. item quæritur, dico quòd loquitur in casu coactionis per metum, cui adaptatur secundum membrum distinctionis textus nostri.

His igitur, sic literaliter explicatis, deuenio ad notabilia secundum ordinem Panor. ¶ Noto primo, quod in resolutione dubiorum, distinctione vtendum
1 est, † ratio est, quia per distinctiones, præterquam quod conferunt ad eruditionem percipiendam, materiæque melius, ac perspicacius percipiuntur l. 1. ff. de doli except. §. sed non vsque, Inst. de legat. Gl. in §. 1. Instit. de oblig. in §. igitur, in verb. easdem, in Proœm. Speculat. de disput. & allegat.
2 §. 2. circ. princ, contrarietates † tolluntur, & Doctorum dicta saluantur, Proœm. Decret. ibi *concordia discordantium*, & 29. dist. per tot. Gl. in Summ. 33. q. 4. Hostien. in summ. de sent. excomm. §. quis possit absoluere, col. 2. vers. distinguendum., Barr. in 1. Const. C. num. 13. vers. nota quod. c. super literis, de rescrip. c. literis, de rest. spoliat. c. per tuas, de simon. l. inter stipulantem, ff. de verbor. obliga.
3 cum similibus, & vulgare est, distingue † tempo-

 ra, &

ra, & concordabis ſcripturas, l.apud antiquos, C. de furt.

Hinc eſt, quod per diſtinctionẽ magis veritati quis adhærere dicitur, Phil. Metaph. lib. 8. & ex noſtris Salicetus in l. filiæ, cuius pater, ſub num. 5. verſ. expeditis, C. famil. hercisc. Rip. in l. ita ſtipulatus, n. 6. ff. de verb. oblig. Oſaſch. deciſ. 161. num. 8. Bero.
4 conſil. 100. nu. 3. vol. 1. & propterea Doctori † diſtinguenti, tanquam magis veritati adhærenti, credendum eſt, l. adeo, §. cum quis, de acquir. rer. domin. c. quærenti, vbi Gl. de off. deleg. Deciſ. Peruſ. 72. nu. 10. Rot. Genuen. deciſ. 20. num. 5. Bero. d. conſ. 100. num. 3.

Extenditur hoc notabil. vt non ſolum diſtinctione vtendum ſit in dubijs reſolutionibus, ſed etiam vbi ex intellectu legis non diſtinguentis ſequeretur aliquod abſurdum contrarium, vel iniquum, quia
5 tunc † ad remedium diſtinctionis confugiendum eſt, l. ſcire oportet, §. ſed aliud, ff. de excuſ. tut. Bart. in l. non dubium, C. de ll. ſub nu. 10. & ſeq. vbi Bald. & alij, & eſt text. in l. penult. C. ad exhibend. quod procedit etiam, ſi diſtinctio non ſequatur ex alia lege, quod alias requiritur ex doctrina Bart. in l. 3. ff. de off. præſid. num. 3. & melius in l. ſerui nomine, nu. 3. ff. de vſucap. ſed ſolũ ex ratione conſiderata à Doctore diſtinguente, quia tunc vbi ex bono, & æquo, vel alia cauſa leges diſtinguuntur, coarctantur, & extenduntur, officio ſuo fungi dicitur Iudex, §. huius, ff. de iuſt. & iur. Ruin. in rubr. de oper. noui nunt. nu. 20.

Et licet habeamus regulam, quod vbi lex non diſtin-
6 guit, † nec nos diſtinguere debemus, l. non diſtinguemus, ff. de arbit. l. de pretio, ff. de publician. l. ſi vero, §. de viro, ff. ſolut. matr. c. ſi Romanorum 19.

diſt.

dist. Abb. in c. solitæ, de maior. & obed. in vlt. notab. tamen hoc non tollit, quin distinctio discreta, & rationabilis, fundata in bono, & æquo, & secundum mentem legis, non admittatur, prout declarat Bald. in d. l. non dubium, sub nu. 8. secus de distinctionibus, quæ hoc carent fundamẽto; quia potius deridẽtur, l. sed an vltro, §. 1. ff. de neg. gest. & not. Glo. in c. necesse, in verb. Collirio, 29. dist. Rip. in d. l. ita stipulatus, sub nu. 6. & quia hanc materiam distinguendi legem generalem loquentem, hic nõ intendo tractare, remitto lectorem ad ea, quæ notat Ias. in l. quamuis, ff. de in ius vocand. in d. l. non dubium, nu. 38. & ad Socin. qui in Reg. 219. ponit limitationes quinquaginta sex ad hãc regulam.

¶ Secundo Noto, vim aliam esse præcisam, aliam
7 † verò conditionalem, vel causatiuam, seu simpliciter, & absolute, vel secundum quid. Vis præcisa dicitur, quando operatio habet principium ab
8 extrinseco passo nihil cõferẽte, † vel nõ cooperante, vel quando id, quod agitur, externæ causæ attribuitur, nihil conferente eo, cui fit vis, quod est idẽ, vt ex sententia Arist. & S. Thom. tradit Nauar. qui illos citat in consil. 2. de iur. iur. lib. 2. tom. 1. & in Manuali prælud. 6. num. 2. & ante eum Card. de Turre Crem. in c. quod autem 31. q. 2. num. 2. & de hac loquitur tex. in c. præsbiteros, 50. dist. & in c. maiores, de baptism. in l. 1. §. fi. de auth. tut. in-
9 telligendo, quod ibi tutor nihil expresserit † secũdum intellectum Fortun. Garziæ de vlt. fin. Iur. nu. 435. & Cagnol. in l. velle, ff. de reg. iur. Nam ibi tractatur de his, qui fugientes cõpræhensi per manuum admotionem, demonibus sacrificare coacti sunt, vel cibos pollutos per coactionẽ susceperunt; Idque exemplificari potest in multis casibus, vt, si

ligatis

ligatis manibus, & pedibus proijciatur in lectũ, vel in Ecclesiã, ad communicandum cum excommunicato, vel si nauis impetu venti deueniat ad portum prohibitũ, de quo in l.Cesar, C.de Publican.
10 nam in istis, † & similibus casibus, cum principiũ, mouens organicas partes operationis, sit ab extrinseco, vt inquiunt hic Anto. de Butr. & Imol. nulla pœna debetur, quia tunc non dicitur quis agere, sed pati; ideo taliter sacrificantes, vel manducantes communione non priuantur, communicantes excommunicato censura non alligantur, quę in naium reperiuntur in commissum non cadunt, cum vim passus nihil conferat in huiusmodi actibus exterioribus, secus verò in actibus interioribus, quia vi præcisa elici non possunt, cum ad id volũtas hominis cogi non possit, sitque ab ista necessitate li-
11 bera, vt in iuramento, ad quod quis † non potest cogi à principio extrinseco, nisi vim passus opem conferat, vt pulchrè declarat Nauar. d.cons.2. de iur.iur. lib.2. tom.1. licet Io: Andr. hic velit, illud procedere in iuramento verbali, secus in actuali, cum possit cogi absolutè ad ponendam manum super libro, iuramento prius delato, sed illa, meo iu-
12 dicio, esset appositio † manus, non iuramentum, vt in matrimonio, in quo dicitur, quod, in quantũ sit verbale, non possit cogi absolutè quis ad illud contrahendum, secus in quantum est actuale per annuli impositionem, quia illa esset impositio annuli, non autem matrimonium, vel desponsatio, vt de baptismo, qui in casu c.presbiteros, non est ba-
13 ptismus, & de similibus, † vbi tantum actus regulatur à vi præcisa, de quibus per Glos. hic in verb. coactionem, in fin. Ideo parum curandum est de
14 his, quæ tradit Io. de Selua † in tract. de iur.iur. par.

3. qu. 1. col. 8. num. 39. & 40. verſ. 6. limita, quia meritò repræhenditur per Couar. de ſent. excommun. par. 1. §. 3. ſub num. 9. ver. illud non eſt.

Quare, dum Doctores dicunt, contrahentes ſpõſalia iurata præciſe, eſſe compellendos ad contrahendum
15 matrimonium, † vt benè deduxit Hier. Gabr. conſil. 159. part. 2. iuxta cuius conſilium reſoluit Rot. deciſ. 497. par. 1. diuerſornm, & de materia per Tiber. Decian. conſ. 66. num. 15. volum. 5. Marcob. conſ. 7. circa fin. licet contrariæ opinioni adhæreat Ferret. conſ. 171. par. 1. qui voluit cauſatiuæ coactioni locum eſſe, non ſunt intelligendi de iſta pręciſa coactione, † quia, cum matrimonium ſit actus
16 elicitus à voluntate, non poteſt ab extrinſeco contrahens ſponſalia cogi ad matrimonium ipſum, niſi vim paſſus opem ferat, quia matrimonium non poteſt eſſe, niſi voluntarium; c. cum locum, de ſpõſal. ideo illud verbum præciſe, & quod hic dicit Io: Andr. debet intelligi, prout dicit Gloſ. in c. ex litteris, il 2. in verb. compellas, de ſponſal. & Ferret.
17 d. conſ. 171. in princ. nu. 2. videlicet finaliter, † id eſt quod non relaxetur cenſura, niſi effectuetur matrimonium, non autem, vt dixit Ferret. cauſatiuè, vt de nolente fiat volens mediante cenſura, quam ſi ſuſtinuerit, ſit iniungenda pœnitentia ſalutaris, nec inſiſtendum in coactione præciſa; quia matrimonia debent eſſe libera, vt ibi per eum ſub nu. 6. & ita intelligendo, poſſent ſaluari Doctores aſſerentes præciſam coactionem eo caſu eſſe adhibendam, quia alias eſſet magnus lapſus Doctorum, cũ
18 non poſſit dari pręciſa coactio in actu † voluntario, qui non elicitur, niſi concurrente auxilio vim paſſi, quod vim abſolutam excludit.

Alia autem vis cauſatiua appellatur, quæ eſt coactio faciens

19 ciens necessitatem conditionatam; † & hæc secundum Apostolum, vt inquit Card. de Turre Crem. cit. loco facit voluntarium mixtum, quia, in quantum intendit vitare periculum, vult aliquid, quod simpliciter, & absolutè nollet, vnde versus, *Sicque volens factus, quod nollem velle coactus*. vt de eo, qui ad vitandum periculum submersionis proijcit in mare, quod si non immineret periculum, nollet proijcere, & de eo qui metu mortis, truncationis membrorom, ammissionis bonorum, banni, & similium contrahit, iurat, excommunicato communicat, thurificat, tempore Interdicti celebrat, cibos vetitos manducat, baptizatur, rebaptizatur, ordinatur, quia vult contrahere, iurare, excommunicato communicare, thurificare, tempore Interdicti celebrare, manducare, baptizari, rebaptizari, vt pericula prædicta euadat, non autem, quòd absolutè prædicta facere vellet, & ideo dicitur volũtariè per indirectum prædicta facere, quia eligit potius prædicta facere, & exercere, quàm occidi, membris truncari, banniri, & bonis priuari; ideo metu compulsus ad iurandum, vult iurare pro vita redimenda, quam anima cariorem habet ad tex. in c. si quis coactus 22. q. 5. vel vult illud, propter quod, ea facit, quia, licet nollet peierare, vult tamen, si præcedat metus mortis, illud facere, quia vult viuere, non per se appetendo, vt falsum iuret, sed, vt, falsum iurandum viuat, secundum text. in c. merito 15. q. 1. per quem textum voluit Nauarr.
20 in Manual. prælud. 6. nu. 4. hos esse † actus voluntarios simpliciter, & lapsos esse Theologum insignem cum Dec. in l. velle, ff. de reg. iur. qui tenuerunt metu facta non simpliciter esse voluntaria,
21 quos ego, respectu actus facti, sequor, † secus respectu

spectu illius, propter quē ille factus est, in quo sum cum Nauar. & hoc bene declarat text. in d.c.merito, dum dicit, *vt falsum iurando uiuat*, & in hoc fertur voluntas simpliciter ad vitandam mortem, sed quando sequitur ibi text. *non per se appetendo, vt falsum iuret*, apparet circa actum periurij non ferri voluntatem simpliciter, sed solùm vt viuat, & hoc est, quòd voluntas coacta dicitur voluntas. l.si mulier, §.si metum, & l.metum autem, §.sed quod prætor, ff.quod metus causa.

¶ Tertio Noto, quod metu mortis non debet quis ex- excommunicato communicare, vel aliud quoduis peccatum mortale committere, quia debet potius
22 † quis omnia mala pati, quàm malo culpæ consentire. c.ita ne 32. qu.5. c.sunt quidam 25. qu.1. Gl. in c.sicut, de cõsecr. dist. 1. quod procedit, ne dum in excommunicatione, sed & in omnibus alijs censuris, proportionatè tamen loquendo, quia exem-
23 pla † non restringunt regulam. L.damni infecti stipulatio, ff.de damn.infect. Tiraq. in l.si vnquam, verb.libertis, nu.37. C.de reuoc.donat. & hoc videtur considerasse doctissimum Franc. Suarez de censur. disp.6. sect.3.lib.5. nu.1. in princ. quod in simplici allocutione, non admittit Nauar. & cæteri, immo, nec etiam in communicatione in diuinis, vbi non resultant ea, de quibus per ipsum in Manual. c.27. n.36. quod voluit Siluest. loco per Nauar. allegato, quod, an verum sit, latius infra explicabimus.

¶ Quarto Noto, quòd excommunicatio dicitur labes,
24 † idest macula, quia sicuti ex macula fœdantur vestimenta, ita ex labe excommunicationis fædatur, & labefactatur anima excõmunicati, & ex hoc hæresis dicitur labes, c.vt officium, §.si vero ibi hære-

tica labe prius abiurata, de hæret. vel dicitur labes, quia perdit, & ruinam facit in anima, prout facit tempestas in segetibus, & ideo in l. licet, C. locati, vbi legitur *lue tempestatis* legebatur labe tempestatis, vel, vt inquit Io: Andr. quia multi labuntur in eam.

¶ Quinto Noto, quod ignorans, communicando cum excommunicato, est melioris conditionis, quam
25 † metum passus, quia inuoluntariè fecisse dicitur, cum non habeat scientiam illius, quod agit. l. cum testamentum, C. de iur. & fact. ignor. Ruin. cons. 127. nu. 13. & 17. vol. 3. secus verò in metum passo, cum in eo adsit voluntas, vt supra dixi, ideo
26 ignorans excusatur à delicto † regulariter, quia caret dolo, l. non potest videri improb. ff. de reg. iur. Doctores in c. cognoscentes extr. de const. Crauet. cons. 8. num. 10. Farinac. q. 89. num. 64. Bertazzol. vbi bona Apostil. cons. 208. nu. 11. Criminal. lib. 1. in quibus locis tractatur, quando ignorãs excusatur à pœna, & melius per Tiraq. de pęnis temper. caus. 13. ad quos Lectorem remitto, & de hoc notabili, quod hic examinare non curo, plenè per Marium Salomon. in l. 1. nu. 17. ff. de legib. & hęc, quo ad Notab. Abb.

Capio Glos. in verb. coactionem, quæ exponit tex. cum ratione in eodem tex. adducta, & ponit exempla, inquit igitur text. quòd, vel communicat per coactionem adstrictus, vel per metum inductus, Glos. exponit illud verb. coactionem, & inquit, esse intelligendum de coact^e. absoluta, de qua satis in 2. not. adducit tria iura, c. de Iudęis, 45. distinct. c. pręsbiteros, 50. dist. c. constat 1. q. 1. sed in c. de Iudæis non tractatur de vi præcisa, sed de conditionata, cum tractetur de coactione ad credendũ, qui actus, cum

cum consistat in interiori, non potest cum vi præcisa perfici, sed cum causatiua, secus verò in c. præsbiteros, & in c. constat, quia thurificare, de quo in c. præsbiteros, & ordinari, de quo in c. constat, sunt actus exteriores, circa quos cadit vis præcisa, & hoc casu coacti dicuntur, magis pati, quàm agere, vt de illa vi, quæ procedit ex infirmitate carnis, quæ non
27 est † timenda per tex. in c. testamentum per Gl. allegat. dist. 6. quia magis dolendum est illam pertulisse, quam fecisse, cuius rationem assignat ibi Glo. in verb. pertulisse, quia magis dicitur pati, quàm agere.

Sequitur Glos. & exemplificat per duo exempla, quando actus non valeat ob vim præcisam; Primum de
28 testamento, quod † non valet, vbi testes sunt coacti per tex. in l. qui testamentum, §. vlt. ff. qui testamen. facer. poss. Secundum de tutore, cuius actus non valent, si sit per vim detentus, vt l. 1. §. fi. ff. de autho. tut. qui textus loquitur in vi præcisa, vt sup. ex Fortun. & Cagnol. annotauimus.

Gl. in verb. attenuet duo dicta ponit, vnum, quod metus attenuet culpã, aliud, quòd quandoque nullo modo excuset. Circa primum allegat tex. in c. in primis 2. q. 1. vbi Episcopis, qui metu iudicis consenserunt condemnationi, & depositioni Ianuarij Episcopi, pœnitentiæ tempus abbreuiandum est, & modus temperandus. Circa secundum allegat c. eos, de consecrat. dist. 4. vbi Episcopi, Præsbyteri, & Diaconi pari pœna puniuntur, si vel spontè, vel coacti sunt rebaptizati. allegat quoque c. quisquis 11. q. 3. vbi metu occultans veritatem, iram Dei in se prouocat, quia magis, timet hominem, quàm Deum, & vt seruiat intentioni Glos. idem debet intelligi de eo, qui absque metu occultat, & ita, quod hic

 pariti-

paiificantur ſponte, vel metu, occultans veritatem, ſecundum Io:Andr.

Gloſ. in verb. excludit, quia dicitur in tex. metus licet attenuet, non tamen excludit culpam. Gloſ. opponit de tex. in c. quod prædeceſſor, & in c. anteceſſor 11 q. 3. vbi ex neceſſitate communicans excommunicato, dummodo non conſentiat iniquitati eorum, non incurrit excommunicationem, ita videtur dicendum, ſi communicat ex neceſſitate vitæ. Gloſ.
29 ſoluit dicens, quod illud procedit vbi tractatur† de ſalute animarum illorum cum quibus participatur. tex. eſt in c. reſponſo, & c. cum voluntate, de ſent. excom. vbi permiſſa eſt conuocatio excommunicatorum ad eis prædicandum, & ad inducendum ad pœnitentiam, & correctionem; idem in c. cum voluntate, vbi communicãs cum excommunicato in his, quæ pertinẽt ad abſolutionem, & ſalutem animæ, non eſt excommunicatus, ex hoc infert Hoſtien. quod participanti per metum, ſi iniquitati
30 non conſentiat, nullum coram Deo † eſt detrimẽtum, tamen, quantum ad Eccleſiam, eſt excommunicatus minori excommunicatione, & ita diſcordat iudicium Dei, & Eccleſiæ, vt in c. à nobis, il 2. de ſent. excommun. & c. inquiſitioni, eod. tit. c. tua, de ſponſal. ſed Imol. hic putat non eſſe verum dictum Hoſtien. quia communicatio, de qua in c. anteceſſor, veniebat in conſequentiam actus permiſſi, vt ibi per eum.

Gloſ. in verb. incurrere, text. concordant. adducit in c. ita ne 32. q. 5. & hæ ſunt Gloſsæ litterali explicatione expeditæ, deueniendum modo eſt ad quæſtiones.

Quæro itaque de quæſtione, quam hic ponit Abb. nunquid, prohibito aliquo delicto ſub certa pœna, ipſo fa-

ſo fa-

so facto incurrenda, si quis per metum iustum illud delictum commiserit, incurrat pœnam illam. Doctores omnes, quando loquuntur de pęna delinquēti per metum imponenda, concludunt esse extra-
31 ordinariam, † & mitiorem. Gl. in l.penult. in ver. agi poterit, ff.si furt.famil.fecisse dicat. Bald. in c. 1. in §.iniuria, in fin. vers.sed pone, de pac.iur.Firman. vbi à pœna ordinaria excusatur occidens, ne occidatur secundum Petr. Cyn. Alex. & sequaces, de quibus per Menoch. de arbitrar. cas. 354. nu.2. Bertazzol. cons.173. criminal. nu. 10. l.1. Decius in l.velle, nu.7. ff.de reg.iur. in l.vt vim, ff.de iust. & iur. Nouel. in tract.ad defens. tit. 1. nu.65. Corset. in singular. verb.metus. Tiraqu. de pœn.temperan. caus.36. Couar. de matrim. par.2. §.4. c.3. num.7. in princ. & hoc dicunt omnes, vt per Clar. q.60. vers.quæro modo, & hos Doctores citat Farinac. q.97. nu.14. Bertazzol. d.cons.173. & 425.
32 num.12. quod † habet locum, etiam si pœna veniret minoranda ex alia causa, quàm metus.
33 Idque & in statutis procedere affirmāt † etiam, vbi est ab ipso inflicta pœna, quia vbi subest causa aliqua illam minorandi non attenditur illa ordinaria Bart. in l.quid ergo, §.pœna grauior, ff.de his, quę notan.infam. Bald. in l.& si seuerior, col.2. vers.ex prædictis, vbi Salic. & alij, C.ex quib.caus.infam. irrogetur. l.hodie, ff.de pœn. Aret. in c.at si clerici, §.de adulter. col.4. in fi. vbi Dec. num.106. de iudic. latè, Tiraquel. de pœn.temperan. in præfat. num.20. & seq. qui, repræhenso Bal. de contrarietate, dicit istam esse communem opinionem num. 22. & ita consuluit Rimin. iun. cons.crimin.diuers. cons.135. num.31. volu.1. loquens in minore sub pœna statuti compræhenso, qui mitius sit puniendus.

dus. Rol. conf. 77. num. 9. vol. 3. Cuman. conf. 95. in fin. Marsil. conf. 48. sub nu. 53. in fi. & singular. 182. & 244. Clar. q. 85. sub vers. vlterius quæro. Couarr. var. resol. lib. 2. c. 9. num. 8. & plures citat Farinac. q. 17. num. 11. quos prætermittendos cẽseo, qui & ipse, repræhenso pariter Bald. de inconstantia, attestatur de communi, & idem Bertazzol. conf. 143. criminal. lib. 1. num. 15.

Fundamentum ipsorum est, quia cum statuta in impositione pœnæ capitalis, vel corporalis, requirant
34 † dolum, illi pœnæ non est locus in prædicto casu, quia ibi non est dolus, vulgaris est doctrina Bal. in l. data opera, nu. 7. vers. item si statutum, C. de his, qui accus. non poss. Bart. in l. 1. §. 1. nu. 3. ff. si quis test. liber. esse iuss. fuer. Castren. in l. 1. ff. de legibus num. 10. & in l. nemo, num. 5. C. de episc. & cleric. qui gloriatur ex dicta doctrina Bald. liberasse aliquos à pœna mortis; quod dicit notan. pro Iudicibus imperitis, qui nolunt recedere à verbis statuti. Cepol. conf. 29. & cautel. 2. num. 13. Tiraqu. de pœn. temperan. causa 14. Nouel. d. tract. n. 83. Riminal. iun. conf. 145. nu. 31. & melius conf. 550. num. 16. vbi non reffert, an pœna sit capitalis, an pecuniaria, alios allegat Surd. Casalen. conf. 33. num. 31. Farinac. q. 87. num. 25.

Sed quia Doctores isti loquuntur in simplici impositione pœnæ, non autem quando est imposita ipso iure, iuxta terminos quæstionis, quam hic ponit Abbas, ideo nulla potest desumi ad propositam quæstionem decisio: In terminis enim impositionis pœnæ ipso iure impositæ locutus est Bart. in l. id quod seruo, §. 1. de pecul. Anchar. in c. perpetui, col. 1. de elect. in 6. tractantes, quando pęna venit mino-
35 randa ex qualitate confessionis † spontaneæ, & hęc

etiam

etiam est quæstio disputabilis, quia affirmatiuam cum Bart. in d.l.id quod seruo, tenuit vltr. Ancharan. cit.loco, Fel. in c.de hoc, sub num.5. vers.sed limita istam materiam, de simon. Aretin. de malef. verb. comparent dicti inquisiti, & partim negant, & partim confitentur, num.6. Prepos. Alex. in c. vassallus, sub num.1. circ.med. vers. & sic iste text. mirabiliter, si de feud. fuerit controuersia inter domin.& agnat. Tiraq. alios recensens, in quibus tamen hæc inuenire non potui in l.si vnquã, in verb. reuertatur, num.312. & de pœnis temperan. caus. 30. Farinac. q.81. num.181. contrariam verò partem tenuit sub obscuris verbis, Apostil.ad Aretin. citato loco, Dec. in c.at si clerici, num.56. extr.de Iudic.

Sed quia qualitas dictæ confessionis, licet sit minoratiua pœnæ; est tamen qualitas non nata tempore commissi delicti, ideo, cum non potuerit impedire incursum pęnæ, nec ex hoc deciditur quæstio nostra, ideo non curo veritatem in hoc casu indagare, licet Doctores ita allegauerim pro his, qui prædicta scire cupiunt. Quæstio enim nostra est circa qualitatem, licet pœnæ minoratiuam, tamen existentem tempore commissi delicti sub pœna ipso iure prohibiti, vt in metu, nam faciens aliquid per metum, quod est prohibitum sub certa pœna, ipso iure habet qualitatem minoratiuam tempore commissi delicti, quam non habet sponte confessus, ideo de hoc est quæstio nostra an pœnam incurrerit, esto quod pœna ordinaria metu delinquens non sit puniendus, nec vigore iuris communis, nec vigore statutorum, vt dixi.

Et resolutiuè procedendo sequor decisionem Abb. hic, quam ipse etiam secutus est, in cons.22. sub nu.2.

vers.

verſ.nec obſtat, lib. 1. nempè quod incurratur pę-
36 na, † ſed in executione ſit eo caſu à Iudice tempe-
randa.

Moueor ex eo, quòd pœna, quæ eſt ipſo iure impoſita, licet non habeat executionem facti, cum Iudex de-
37 beat hoc declarare, habet tamen † executionem iuris, c.cum ſecundum, de hæret.in 6. vbi Gemin. in c.felicis, col.2. de pœnis, in 6. Dec. conſ.327. col. 3. quicquid dixerit Bald. in l.ſi quis maior, C.de tranſact. col.2. nam contrarium, & melius dixit in l.qui ſub conditione, §.fin. ff.de cond.inſt. Iaſ.in d. l.ſi quis maior, nu.26. Tiraq. in d.verb.reuertatur, nu.398. & ſeq.

Hinc eſt, quòd, bonis confiſcatis ipſo iure ob delictum,
38 † poterit Princeps tertio bona concedere, antequã declaratio ſit facta ſuper facto, Bero.conſ.61.& cõſil.176. nu.101. vol.1. Afflic. deciſ.255. Soc.conſ. 4. nu.24.& 26. vol.3.

Idem quoque in beneficijs Eccleſiaſticis, quia, priuatione inflicta ipſo iure, poterit is, ad quem ſpectat col-
39 latio, † conferre, non expectata ſententia, vt per multos, quos longa ſerie congerit Tiraquel. in d.l. ſi vnquam, in d.verb. reuertatur, n.335. qui idem dicit procedere in electione, quæ poteſt fieri, non expectata ſententia, licet quoad poſſeſſionem aliud ſit dicendum, vt ibi per eum nu.ſeq.

Cum itaque detur executio quo ad ius in pœnis impoſitis ipſo iure, ſequitur reſpectu iuris pœnam eſſe incurſam, nec poſſe hoc caſu dari impedimentum incurſus ob qualitatem diminorantem pœnam, quia illa operatur reſpectu facti, & eſt cauſa, vt Iudex poſſit illam pęnam incurſam mitigare, non autem, quòd ex illo facto nõ ſit incurſa, quod patet in muliere, quæ, ſi ex iuris ignorantia peccet in his, in

quibus

40 quibus pœna non est imposita † ipso iure, excusatur, & pœnam non incurrit; secus verò vbi est ipso iure imposita, quia illam statim incurrit, licet possit mitigari per ea, quæ tradit Bald. in l.liberorum, §.notatur, ff.de his, qui not.infam. & copiosè Tiraquel. in d.verb.reuertatur, num.419. & nu. 332.

Secundo, Moueor authoritate Bar.in l.eos, ff.de receptator. quem citat Abb. hic, & in d.cons.22. licet Tiraq. de pœnis temperan. in præfat. num.14. dicat hanc doctrinam non deseruire intentioni Abbatis. Quærit ibi Bart.de receptante bannitum, agnatum, vel cognatum suum, & post multa, quæ ibi tradit,
41 inquit, quòd, si per statutum † est determinata certa pœna, illa est imponenda. Contrarium verò de iure communi, vbi non est limitata certa pęna, sed, causa cognita, potest Iudex illam minuere; si ergo, vbi est imposita certa pęna, illa est imponenda. non obstante, quod adsit causa illam minuendi, quod magis dicendum esset, si ipso iure esset imposita, ergo illa incurritur, esto quòd Iudex possit illam, causa cognita, minuere, & sic ibi deciditur casus noster, quicquid dicat Tiraq. d.nu.14.

Tertio, Pro ista opinione seruit etiam doctrina Bal. in l. quicumque, C.de seru.fugit. vbi, si per statutũ pęna manus imponatur delinquenti, si puer, vel senex, commiserit delictum, nunquid Iudex poterit pronunciare, vt mitius puniatur? & respondet Bal.
42 quòd sic: si tamen iudex nollet † minorare pęnam, nunquid possit cogi? inquit Bal. quod non, nec ab eo poterit appellari; quod quidem, si pęnam non incurrisset delinquens, non posset iudex sic illũ punire, & si contrarium faceret, posset iustè ab eo appellari, quod ibi negatur. Hanc Bald. doctrinam

sequitur Cepol. cautel. 5. nu. 15. Ecce ergo, quòd, non obstante concursu qualitatis in delinquente, ex qua veniret minoranda pœna, quod vbi à iure est certè determinata, & ipso iure inflicta, incurritur, quod pariter est dicēdum in casu nostro, esto quòd in delinquente concurrat qualitas metus iusti sufficiens ad diminuendam pœnam.

Contra tamen ea, quæ supra diximus, facit, quod tradit Card. Zabarell. in c. 2. extra de delict. puer. vbi dicit, quòd pœna consuetudinaria euitatur, vbi ex a-
43 liqua causa † quis venit mitius puniendus, & propterea infert, quòd ad euitandam pœnam statuti, vel consuetudinis sufficit ostendere delinquenti, ex aliqua causa speciali mitiorem pœnam imponi debere, & rationem adducit, quia pęna, inducta à iure speciali, intelligitur suo tantum casu, & sic, quando delinquens nulla ratione sit excusabilis.

Sed Socin. licet fateatur sibi alias placuisse dictum Car-
44 din. tamen † illum reprobat, aduertens Bart. in d. l. 2. ff. de receptat. tenuisse contrarium, & inquit cū Bart. pœnam esse incursam, licet mitius per iudicē possit puniri, & pro Bar. dicit esse tex. nostrum, qui vult, communicantem cum excommunicato per metum incurrere excommunicationem, licet metus attenuet culpam, & adducit etiam text. in c. fin. de sent. excomm. vbi ille percussor clerici, qui erat
45 puer, † incurrit excommunicationem Can. Si quis suadente diabolo, licet mitius sit puniendus; & sic videtur verior ista opinio, quam tenuit Abb. hic, & Bart. in d. l. 2. & Socin. in c. 1. de delict. puer. & alij, de quibus supra.

Occasione istius quęstionis, de alia sane difficili quęstione differendum est, videlicet, Vtrum communicās excommunicato per metum iustū, quiquid & ipse

excuſetur ab excommunicatione, poſſitque tuta conſcientia participare cum excommunicato, an verò ſit excommunicatus, debeatque potius ſuſtinere comminata damna, quàm participare cum excommunicato.

Hanc difficultatem tractant hic Doctores, Io: Andr. in 3. opposit. Anan. num. 2. Abb. in gloſ. fin. Ancharan. notab. 6. Imol. ſub num. 5. Socin. in c. inter alia, de ſentent. excommunic. ex Theologis D. Tho. Aſtenſ. Adrian. Raynr. & alij, quos reffert, nouiſſimè hanc difficultatem tangendo Gregor. Sayr. Theſaur. caſ. conſcient. lib. 2. c. 14. num. 36. & ſequent. & idem facit doctiſſimus Franc. Soarez, de effect. cēſ. disput. 6. ſect. 3. lib. 5. Couar. de ſentent. excomm. par. 1. §. 3. num. 9. Silu. in verb. excommunic. il 5. num. 23. q. 14. & in verb. metus, num. 7. Nauar. in Manual. c. 27. num. 36. & in Prælud. 3. c. inter verba, num. 4. 11. q. 3. Angel. in verb. excommun. 18. num. 18. Barthol. Vgol. de cenſur. tabul. 2. cap. 23. num. 4. & alij multi, qui & diſtinctionibus, & nouo tex. noſtri intellectu difficiliorem reddiderūt quæſtionem iſtam; pro cuius ſolutione deuenio ad fundamenta opiniones negatiuæ, cuius ſequaces mouentur infraſcriptis rationibus, & fundamentis.

46 ¶ Primo, Pęna debet commenſurari † delicto vulgat. l. ſancimus, C. de pœn. c. ſicut dignum, extr. de homic. c. vt clericorum, de vit. & honeſt. cleric. Sed ſi pœnam excommunicationis incurreret metu cōmunicans, prout ſponte communicans, eadem pęnà puniretur metu delinquēs, qui minus delinquit, qua punitur ſpōte delinquens, qui plus delinquit; quod non eſt dicendum, ergo eandem pœnam excommunicationis incurrere non debet.

¶ Secundo, Excommunicatio non contrahitur, nec in-

 curri-

47 curritur † sine dolo. Io: Andr. in c.quanto, in fi. de senteñt.excommun. Card. in Clem. 1. de priuileg. num.22. q.39. Nauar. consil.29. lib.5. de sent. excomm. cons.10. de sepult. num.4. lib.3. in c.accèptam, opposit.8. num.31. & seq. de restit. spoliat.
48 sed metu † iusto aliquid faciens excusatur à dolo 𝔗. nouissime, ff.quòd fals.tut.auth. l.imo cum, ff. de liberal.caus.ergo nulla ex dicta participatione oritur excommunicatio.

¶ Tertio, Sicuti absque metu excommunicationis po-
49 test † peregrinus, transiens per terras excommunicatorum, cũ eis communicare, petẽdo necessaria pro alimentis, c.qui multos 11. q.3. c. inter alia de sent. excom. & creditor exigere suum creditum ab excommunicato, cum ipso tractando, & participãdo, c.si verè, eod. tit. quod permittitur ratione salutis propriæ vitæ, & rerum suarum, ita, & multo magis debet permitti, vbi imminet periculum mortis, quia eo casu, communicando, nullam debet incurrere censuram.

¶ Quarto, Adducitur tex. in c.significauit, de senten.ex-
50 comm. vbi excommunicatio, de qua ibi, quæ † est ex participatione in diuinis, non incurritur, nisi clericus sponte, & scienter participauerit cum excommunicato. ergo vbi participatio non est spontanea, sed meticulosa, nulla incurritur excommunicatio.

51 ¶ Quinto, Sicuti participatio permittitur † cum illo Hæretico, & Apostata, ne deterius aliquid contingat ad præiudicium Christianorum, c.Iulianus 11. q. 3. vbi Glo. quæ dicit quòd hoc permittebatur ne scandalum suscitaret contra Christianos, & Card. de Tur: e Crem. ibi plus dicit propter scandalum, quod timebatur in eius persona, ne sequiret

in Chri-

in Christianos, ita debet esse permissa participatio ad vitandam sæuitiam, quæ timetur in propriam personam, quia si hoc est permissum pro salute vitæ aliorum Christianorum, multo magis pro salute propriæ vitæ, cum ordinata charitas incipiat à se metioso, l.præses, C.de seruit. & aqua.

¶ Sexto, Quia lex prohibens participationem cum ex-
52 communicato, cū sit iuris † positiui, vt dicunt omnes, & declarat Nauar. de Orat. c.22. num.9. in fi. & in c.inter verba, Prælud.3.num.4. in fin. Angel. d.verb.excommun.18.§.18. & Franc.Soarez citato loco sub num. 8. non dicitur ligare ad seruādum hoc præceptum cum periculo propriæ salutis, cum non vtatur hoc rigore sed cum suaui, & prudenti prouidentia, vrgente tātum magna necessitate hoc facit, sed, cum hic adsit periculū vitæ, ipsaque magna necessitas non reperiatur in simplici participa-
53 tione, quia ex leuiori causa, quām † vitandæ mortis, admittit lex ipsa participationem. Graff. lib.4. cas. conscient. c.13. sub nu.15. non est dicendum, legem voluisse sub tanto periculo ad id obligare, ergo participans, si ex metu participat, non incurrit, tanquam per legem immunis ab obligatione, nullam pœnam, nec censuram, quia lex non intendit eos obligare, qui contra voluntatem suam metu adducti participant.

Et hac ratione Nauar. in c.ita quorundam, notab. 1. sub num.18. de Iudæis, & in Manual. c.27. num. 63. vers.septima, inquit remiges Christianos, captiuos in triremibus infideliū, illas ducentes in bello con-
54 tra Christianos, non incurrere † excommunicatiōnem, de qua in d.cap.ita quorundam, & in Bulla in Cœna Domini, quando id faciunt, ne morte, percussionibus, liuoribus, ac alijs verberibus afficiantur,

tur, quia non videtur sacrosancta Concilia voluisse vti isto rigore, vt, hoc timore adducti, sic contra Christianos remigantes, incurrerint excommunicationem, vt ibi late per Nauar.

Quod dictum Nauar. fortius firmare posset, quia vbi in-
55 est timor mortis, etiam actum committens † hæreticalem, excusatur ab hæresi, vt de adorante Idola, transeunte ad sectam Turcarum, patiente se circũcidi tradit Albertin. de assertion. catholic. q.30. n. 6.7.8.& sequen. & latius in Rub. de hæretic. q.13. nu. 67. vbi dicit ita fuisse excusatum Beatum Marcellinum Papam, de quo in c. nunc autem, 21. dist. quam doctrinam sequitur Simanc. Cath. instit. tit. 17. num. 29. & sequent. Conrad. de hæret. l. 1. c. 4. Franc. Pegna in 1. par. director. lib. 1. scol. 21. vers. rursus, multo fortius remigantes iusto timore ab excommunicatione debent excusari.

Et ita ex istis, vel similibus rationibus, quæ ad easdem rediguntur, sequentes hanc opinionem, putant licere, stante iusto metu, participare cum excommunicato, absque aliquo metu excommunicationis, & censurarum, contra ea, quæ desumuntur ex tex. nostro, quem varijs intellectibus affectum, vt suæ deseruiat intentioni, ostendere conatur. Verùm quia difficultas resoluitur ex vero tex. nostri intellectu, ideo de multiplici illius intellectu hic, & alibi, per Doctores allato videndum est, & an aliqui subsistat deseruiens huic opinioni. Videamus ergo qui sint isti intellectus, & saltem examinemus principaliores.

Primus itaque intellectus istius text. fuit, vt intelligatur
56 de metu vano, videlicet, vt ex metu † vano participans incurrat cẽsuras, secus verò, si sit metus iustus, & cadens in constantem virum, quia ille excusat, nec

fat, nec de hoc loquitur text. noster in illis verbis, cum pro nullo metu quis debeat mortale peccatũ incurrere, quia intelligi debet de metu vano. Hũc intellectum tangunt hic Innoc. Io. Andr. num. 17. Host. in princ. Ancher. sub num. 6. Abb. sub num. 3. vers. sed quia, Card. in 3. opposit. Butr. num. 15. qui tamen illum non sequuntur, sed eum videtur sequi Angelic. in d. verb. excomm. d. §. 18. in fine. Siluest. d. q. 14. Qui intellectus destruitur ex illa vniuersali negatiua, nullo, quæ non solum excludit metum vanum, sed & alium quemcumque ; l. hoc genus, ff. de cond. & demonstr. vt melius infra declarabo.

Secundus itaque intellectus, vt tex. noster habeat locum, vbi quis participaret in crimine, vel in alio casu, vbi vel maior excommunicatio, vel peccatum mortale contraheretur, præsupponendo, quod simplex participatio non fiat cum peccato mortali, nam isto casu habere locum dispositionem huius tex. vt cõ-

57 municans excommunicato nõ obstante metu † iusto, incurrat excommunicationem, fatetur omnes Doctores hic communiter. Hunc intellectum ex recentioribus sequitur Nauarr. in d. c. inter verba, Prælud. 3. in fi. Verùm intellectus iste reprehenditur per Abbat. hic, quod nimis restringat litteram contra vulgarem regulam, l. de pretio, ff. de publician.

Tertius fuit intellectus Caietani, de quo meminit Bartolom. Vgol. d. c. 23. sub num. 4. quòd tex. noster ha-

58 beat locum † in participãte in diuinis cum excommunicato ; sed ex præcedenti ratione videtur quoque reijciendus iste intellectus, & non concurrẽte in participante in diuinis aliqua qualitate contemptus, vel alterius speciei aggrauante, contrarium

tenet

tenet Siluest. d. quæst. 14. & Nauarr. dicto cap. 27. num. 36.

Quartus intellectus est, quòd text. noster habeat locum in participante cum excommunicato post monitio
59 nem Iudicis, de non † communicãdo cum excommunicato, quia tunc communicans etiam per metum non excusatur ab incursu censuræ, & iste intellectus secundum Socin. in c. inter alia, num. 60. de sent. excomm. fuit Hostiens. quem non reperio ita restrinxisse tex. nostrum, licet dicat, quod participans, spreta monitione Iudicis, possit excommunicari, quia incurrit peccatum mortale, prout etiam dicit Io: Maior. in 4. sent. dist. 18. q. 3. col. 2. ideo, ex præcedenti ratione non subsistit.

Quintus intellectus est illorum, qui timore restrictionis consideratæ, dicunt textum nostrum procedere in
60 quacunque participatione † ob quam etiam minor contrahatur excommunicatio, nam cum text. loquatur de communicante cum excommunicato, est de omni communicatione intelligendus, quia lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda, vt latius dixi in Not. 1. & hunc intellectum inter cæteros probauit Bartolom. Vgolin. de censur. tab. 2. c. 23. §. 14. sub n. 2.

Verùm, licet iste intellectus magis sit amicus literæ, quã cæteri, non possunt tamen cum eo conuenire, ex ratione in text. assignata, ibi, *cum pro nullo metu peccatum mortale quis debeat incurrere*, & attenta opinione Sancti Thomæ, omniumque Theologorum,
61 & Canonistarum, ex simplici † participatione veniale peccatum solùm committitur, in qua participatione, si loqueretur tex. eius ratio, saluari non posset, & pugnarent ad inuicem text. ipse, & ratio eius.

Nouis-

Nouissime doctissimus Franciscus Soarez loco allegato intelligit textum nostrum hoc modo, inquit enim, in tex. nostro non esse constitutam vniuersalem negatiuam, scilicet, metum nunquam excusare à peccato mortali, & à censura, licet fuerit cõstituta vniuersalis affirmatiua in vi præcisa, illam excusare à peccato, & à censura, & licet Sũmus Pontifex subdat metum non excusare, dicit esse intelligendum proportionatè, per solam contradictionem, nõ autem per contrarietatem, nec posse inferri, sicuti vis
62 præcisa semper excusat, † ita metus nunquam excusat, nam hæc non fuit intentio Pontificis, sed solũ, quod metus ita non excusat, quemadmodum vis præcisa, excusat, non autem, quòd aliquando non excusat.

Sed iste intellectus, licet sit subtilis, excluditur tamen à tex. ipso, quia illa vniuersalis negatiua, posita post regulam affirmatiuam, facit contrarietatem, ac po-
63 tentius, & efficacius negat, † quàm affirmatiua illa affirmet, ad Glos. in l. hoc genus, ff. de cond. & demonstr. & in c. cum dilectus, de consuet. Dec. consil. 3. num. 4. Tiraquel. in terminis nostris in d. verbo reuertatur, num. 93. & ideo sicuti constituitur in principio regula affirmatiua, quod communicãs per vim præcisam excusetur, & à culpa, & à censura, ita è contrario, in vi causatiua cum procedatur per vniuersalem, & non particularem negatiuam propositionem, ponitur regula, quòd non excusetur pro nullo metu, &, si hoc per contrarietatem nõ diceret, daretur falsitas negatiuæ, cum esset aliquis metus, excusans contra dispositionem text. nostri,
64 & hæc est ratio, quare in negatiuis † dispositionib. nihil excludatur, quamuis minimum, quia ex illius admissione falsa resultaret semper dispositio ne-

gatiua, vt in pacto negatiuè concepto, de non deteriorando; quod comprærhendit omnem deteriorationem, quamuis minimam; quia data deterioratione, etiam minima, falsum est rem non fuisse deterioratam. Nat. cons. 481. num. 21. In interdicto quoque, ne quid in flumine public. quòd negatiuè conceptum est, in flumine etiam non nauigabili nihil fieri poterit, quia, si fiat, falsum est nihil factum fuisse in flumine publico. In interdicto, ne quis in causa sua iudicet, non poterit etiam in causa possessionis iudicare, quia, si in dicta causa posset iudicare, falsum esset, quem non iudicare in propria causa, ita quoque in casu nostro, in quo pro nullo metu quis debet mortale peccatum incurrere, si ex aliquo metu excusaretur à mortali, falsum esset nullum metum excusare, quod esset contra tex. nostrum, & propterea contra veram eius intelligentiam.

Vltimò author iste tangit alium intellectum; videlicet, quòd prima pars text. nostri procedat in vi præcisa, & conditionali, cum nomine coactionis non tãtum vis absoluta, sed etiam moralis coactio per metum cadentem in constantem virum comprærhendatur; & sic, quòd vis præcisa, & conditionalis excusaret; quod autẽ dicitur de metu in secunda parte, id intelligatur de metu leui; sed quia non insistit in hoc intellectu, non curo pro illius responsione aliquid adducere, sed si aliquis deciperetur hoc in-
65 tellectu, notet in tex. illa verba; *quia is † non dicitur agere, sed pati*, quæ non conueniunt coactioni conditionali; ergo, nec eius dispositio.

Isti sunt præcipui intellectus, qui ad text. nostrum afferuntur, ex quibus aliqui sunt, qui fauent opinioni negatiuæ, cuius fundamenta supra examinauimus,

qui

qui non subsistunt, inter quos etiam placuit coeteros adducere, prout adduxi, vt hanc materiam intellectus tex. nostri in hoc paruo libello vnico loco tractarem, qui & ipsi ex rationibus adductis non subsistunt.

Deueniamus modò ad fundamenta contrariæ opinionis quæ sunt infrascripta.

Primum, ad vitandum malum corporis, non licet malo culpæ consentire, quia, quis debet potiùs omnia mala pati, quàm malo consentire, d.c.ita ne 32. q. 5. cum tex. nostro, quod fit, vbi contra conscientiã quis agit, quia, omne, quod ex fide non est, idest
66 ex conscientia, † peccatum est, Apost. ad Roman. cap. 14. sed si communicans cum excommunicato posset illud facere absque incursu censurarum, vbi metu iusto ad id compelleretur, permitteretur cõsensus ad malum culpę, vbi de malo corporis vitando tractaretur, quod non est dicendum; ergo, ex dicto metu communicans non est immunis ab incursu censurarum.

Secundum, licet metus regulariter excuset à poena ordinaria, vt supra nu. 31. declaraui, tamen illud non
67 procedit, vbi poena † est spiritualis in foro canonico, Menoch. de arbitr. iud. cas. 344. num. 21. Corset. singul. 173. circ. med. vers. quid iuris, quia vbi de periculo animæ tractatur, metus temporalium non est iustus, iuxta illud, Quam dabit homo commutationem pro anima sua? Sed hic agitur de pęna spirituali, nempe de incursu censurarum, & pęna peccati, ideo, licet metus excuset ab ordinaria poena in temporalibus, non tamen debet excusare in spiritualibus, & sic ab incursu censurarũ; & propterea multi, abhorrentes malum culpæ, corpus suum tradiderunt, licet consentiẽdo iniquitati potuissent

fuissent saluati, vt de gloriosissimo Elezaro Macabæor. libr. 2. cap. 6. de quo per Nauarr. in c. potest fieri, de pœnit. dist. 5. qui aduertit peccare eos, qui pro saluando corpore transeuntes per Gallias, &
68 Germaniam signis denotant † se esse Lutheranos, vel alterius impiæ sectæ, quod facere non deberent. Tertium, adducitur tex. noster, vbi metus, licet attenuet culpam, non tamen excusat ab incursu censuræ, vt hic per Doctores, quando participatio fit cum excommunicato.

Vltimum, vbi lata est excommunicatio, illa incurritur propter executionem, quam trahit secum, etiam concurrente causa pœnam minorante, tex. est in c. vlt. de sentent. excommunic. sed à iure lata est excommunicatio contra participantes cum excōmunicato, ergo illa incurritur, etiam concurrente metu iusto, ex quo pœna minorari potest, & hæ sunt rationes partis affirmatiuæ.

Quid dicendum in hac difficultate? Quæstio hæc est difficilis, & ressoluenda secundum veras Doctorum traditiones, reiectis quibuscumque subtilitatibus, in quibus non est immorandum propter magnas consequentias, quæ ex veritate istius difficultatis proueniunt, cum sola veritas sit proferenda, per quam optime scire poterunt, an qui dicunt, se metu vitæ, & amissionis bonorum, non seruasse Interdictum vigens in terris Reipublicæ Venetæ, potuerint aliquo modo excusari, an potius censuris, & pœnis contra illud violantes, sint innodati, non obstante aliquo metu, cum inter prædicta ad huiusmodi effectum cadat talis proportio, vt benè de vno ad aliud inferatur.

Pro resolutione igitur istius propositæ quæstionis hunc ordinem seruabo.

Primo

Primo, Adducam verum textus nostri intellectum.

Secundo, Ponam aliquos casus, in quibus præcipuè ostendam metum ad vitandas pœnas spirituales non excusare.

Tertio, Difficultates, quæ contra proponendos casus oriuntur, ex rationibus pro vtraq; parte consideratis refellam.

Quarto, Inferam ad eos, qui violarunt Interdictum, & ita, his peractis, absoluta erit præsens discussio.

Quæro itaq; primo, quis sit verus intellectus ad text. no-
69 strum, † Respondeo, quòd si verba illa, *licet metus, &c.* posita in tex. considerentur cum his, quæ subsequuntur, verus apparebit text. nostri intellectus. Inquit igitur text. licet metus attenuet culpã, quia tamen eam non prorsus excludit, excommunicationis labe credimus inquinari; si ergo Sum. Pontifex, respondendo secũdo membro de participantibus ex metu, inquit, quòd metus nõ excludit culpam, præsupponit participantem ex metu, culpa innodari, sed quia de genere culpæ dubitari poterat, licet verbum attenuet, hoc potuisset declarare, cum malè conueniat culpę veniali, cum de se sit leuis, dubitationem tamen omnem sublatam esse, clarum est ex verbis illis, cum pro nullo metu mortale peccatum non debeat quis incurrere, & sic loquitur text. vbicunq; ex participatione culpa mortalis contraheretur, & erit verus intellectus contrahentem mortalem culpam ex participatione cum excommunicato, si sit per metum inductus, labe excommunica tionis credimus inquinari.

Hocque demonstrant melius verba illa *excommunicationis labe inquinari*, quę debent intelligi de maiori excom-

excommunicatione, cum facta mentione excom-
70 municationis in iure, de maiori † intelligi oporteat, c.penul. de senten. excomm. & latè concordes citat. Couar. de excomm. p^e p^a.§.8.num.5. quæ non imponitur, nisi pro mortali, nec conuenit vbi simplex committitur participatio.

Verùm duo possunt contra huiusmodi intellectum obijci. Primum, quod ex isto text. sequeretur, quòd ex metu quis à veniali peccato posset excusari, quod est falsum, cum feruori charitatis opponatur, quam
71 ex quouis metu quis amittere non debet † Gloss. in Proem. 6. in verb. benedictionem, & quia non sunt facienda mala, vt eueniant bona.

Sed negatur ista consequentia, quia, cum Papa loquatur de participante cum peccato mortali, dicens, quod pro nullo metu quis debeat illud incurrere, non sequitur, quòd poterit quis ex hoc incurrere veniale, quia peccatum mortale, & veniale, non ita in tra se disponuntur, vt positione vnius, sequatur negatio alterius, & è conuerso; loquitur enim Summ. Pontifex de committentibus peccatum mortale ex participatione, & circa hoc versatur eius responsum, non autem de committentibus veniale, ideo non comprænhenduntur sub dispositione, sed de eis iudicandum est, tanquam de casu non comprænhenso, non autem facienda illatio, non poterit participare ex metu, vbi sequitur mortale, ergo poterit participare, vbi sequatur veniale.

Nec obstat, quòd ex quacunque participatione cum excommunicato incurratur peccatum mortale; quia hoc, quatenus verum, non tollit intellectum istum; sed respondeo communiter per Theologos, & Ca-
72 nonistas contrarium teneri, † quod probo ego inconuincibili ratione, quę fuit Io. Maior, prout ref-

fert,

fert Couar.d.loco.§.3.num.7.& Adrian. in 4. sent. de Clauibus. q.3. except. 8. §. pro huius vers. quia igitur; si enim quilibet participans committeret mortale, inquit Io. Maior. non requireretur monitio, ac inhibitio Iudicis, vt participans excommunicatione maiori innodari posset, de qua in c. constitutionem,& in c.statuimus, de sent. excom. in 6. Nec tollitur ista ratio, vt putauit Couar. citato loco ex eo, quia excõmunicandus pro mortali, etiam debet moneri, c.sacro, extr.eod. quia illud procedit in sententia hominis, nos verò loquimur in participante, qui ligatur sententia iuris, secundum communem opinionem DD. in c. nuper, extr. de sent. excomm. de qua per Socin. in c. inter alia, eod. tit. num. 52, & seq. in qua incurrenda non requiritur monitio, nisi vbi participatur sine mortali, & cum eo casu monitio, si spernatur, pariat inobedientiam; participans mortaliter peccat, vt voluit Hosti. Io. Andr.& alij, de quibus per Socin. in d.c.inter alia, num. 56. quod sufficit vt excommunicatio pro participatione incurri possit.

Alterum, quod obijci potest contra huiusmodi intellectum, est, quòd restringit dispositionem tex. nostri, quod non est permittendum. l. de pretio. ff. de publican. l. p°, §. generaliter. ff. de leg. præstan. Ias. in l.non dubium. C. de ll.num. 38. quia omnis interpretatio restrictiua † aduersatur litterali sermoni
73 Bal. cons. 371. col. 2. circa med. lib. 5. Crauet. consi. 135. num. 23. cons. 194. num. 4.

Sed, & hoc pariter non obstat, quia cum in tex. sit expressa ratio legis, ibi *cum pro nullo metu mortale peccatum quis debeat incurrere*, si ad rationem expressam, & in tex. scriptam, restringatur ipsius legis dispositio, non dicitur † lex restringi, & coarctari, tex.
74 est vulg.

est vulg. in l. cum pater. §. dulcissimis, vbi DD. ff. de leg. 2°. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patr. alios citat Euerar. in loco à ratione legis stricta, in princ. Crauet. consi. 227. num. 7. prout in casu nostro, in quo intelligendo tex. nostrum in participante cum mortali, restringitur ad rationem expressam ibi *cum pro nullo metu mortale*, *&c.* quo casu lex non restringi, sed in terminis suis relinqui, dicitur; & sic remanet ab obiectis deffensus iste intellectus, qui communis est, & sequitur Nauar. in d. Pralud. 3. & in alijs locis supracitatis, quem nos quoque, tanquam veritati consonum, sequimur.

Expedito itaq; intellectu tex. nostri procedendum censeo ad declarationem illorum casuum, in quibus metus nullo modo excusat, nec à culpa, nec à Censura.

75 Primus itaq; casus est ĩ participatione, ex qua † mortale peccatum cõtrahitur; nam, si quis, metu etiam iusto, & in virum constantem cadente, ita participat, Censuram tamen incurrit, & peccatum mortale committit; & hoc probatur ex tex. nostro, iuxta intellectum per me supra firmatum, quia peccatũ mortale non est committendum ad effugiendum corporis interitum, ex regula toties allegata, quod quis debet potius omnia mala pati, quàm malo culpæ consentire, cũ quilibet teneatur potius ad conseruandam vitam animæ, quàm corporis; & ideo melius est in hoc mundo perire gladio, quàm in alia vita perpetuo igne torqueri. Et ratio est, quia metus non tollit illam malitiam annexam participationi prohibitę cum peccato mortali, quando quis in illam consentit, sicut pariter non tollit malitiam fornicationis, & adulterij, dato quod ex solo

76 metu † in illis quis consentiat. Couar. loco allegato sub

... to sub num. 9. versic. secundo, quo apertius circa finem.

In isto primo casu putat Soarez loco allegato, quod ante ipsum voluit Siluest. in verb. metus, sub nu. 7. vers. quod tamen, limita, prædicta locum habere, vbi
77 actio, quæ committitur, † est de se intrinsecè mala, idest, quod habeat in se necessariam deordinationem, vt termino Adriani in 4. sentent. de Clauib. except. 8. vers. si dicas vtar, vt mentiri, fornicari, & similia, non autem, quando intrinsecè ex se non est mala, sed est mala, quia prohibita à Censura. Quod igitur est malum, quia prohibitū, si non adsit circumstantia reddens actionem intrinsecè malam, ratione obiecti id fieri poterit ad vitandum comminata damna, quod autem ex se intrinsecè malum est, id ex quocumque metu fieri non potest, rationem adducit de non intrinsecè malis, quia lex positiua in his non obligat cum tanto rigore, vt ibi per eum.

Sed quod etiam in his, quæ intrinsecè mala sunt, si fiant timore mortis, quòd non incurratur censura, prout supra dictum fuit, obstat multum supracitata doctrina Nauar. in d. c. ita quorundam, Notab. 11. de Iudæis, vbi dicit, remiges Christianos timore mortis remigantes in triremibus, ipsis Christianis infestis, non incurrere excommunicationem, & tamen actio ista, quæ tendit ad occidendum, & persequen
78 dum Christianos est † intrinsecè mala, quia omni iure prohibita, vt tradit idem Nauar. citato loco, Notab. 1. num. 8. 9. & seq. Idem de eo, qui timore mortis thurificat Idolis, quòd non hæreticus, nec excōmunicatus est, licet actio de se intrinsecè mala, vt est tex. in c. nunc autem, 21. dist.

Hoc non obstante, vera sunt, quæ supra fuerunt dicta, &

veram etiam puto doctrinam Soarez, quatenus nō permittat, ex metu posse fieri actionem non intrinsecè malam, etiam si adesset peccatū mortale, quia vbi ex participatione oritur peccatum mortale, siue

79 malitia sit ex sui † intrinseca natura, siue ex alia cōcurrenti circumstantia, numquam metus excusat per rationem tex. nostri, cum pro nullo metu peccatum mortale quis debeat incurrere; siue modò incurratur, quia per se malum, siue verò quia prohibitum, hoc non tollit dispositionem text. Et ratio est, quia, dato quod actio per se, & intrinsecè non sit mala, ex quo tamen ei adijcitur prohibitio, vel aliqua alia circumstantia, illam qualificans, dicitur facta mala, quia illa actio à dictis circumstan-

80 tijs qualificata non est amplius † in sua spetie, sed in diuersa reposita. Bart. in l. si quis posthumo. §. si filium, in fin. vbi Ias. num. 51. ff. de liber. & posth. Crot. cons. 58. num. 8. Bero. consil. 128. num. 12. volum. 2. cum alijs per Surd. Casalens. consil. 34. num. 42.

Non obstant, quæ deducuntur ex Nauar. quia infra suo loco in resolutione contrariorum respondebimus.

Sed difficultas est, in quibus casibus ex participatione cum excommunicato contrahatur peccatum mortale, & Doctores concludunt esse quatuor casus, de quibus per Io: Andr. in hoc c. sacris, in fin. & ibi Abb. num. 8. ac Doctores omnes, Adrian. in d. q. 3. de Clauibus, exceptione 8. §. pro huius solutione, vers. mihi videtur salua pace. Couar. d. §. 3. nu. 7. vers. peccat qui alios adducit, Nauar. in Manuali, c. 17. num. 29. & seq. Greg. Sayr. lib. 2. cas. conscient. cap. 11. per totum, qui de Theologis, & Canonistis mentionem facit, Graff. lib. 4. c. 12. nu. 9.

81 Barth. Vgol. d. c. 23. in prin. Nempe † participatio in di-

in diuinis in crimine, quando est in contemptu excommunicatoris, & potestatis Clauium, & quando excommunicatio est lata cum suis participibus.

De participatione in crimine criminoso abundè tradunt Doctores in c.nuper, in c.si concubinæ, de sent.excommun. Nauar. d.c.27. num.32. & seq. Couarr. d.§.3.nu.5. Greg. Sayr. d.c.11. qui benè declarat idem Bartol.Vgol. d.c.23. §.13. nu.2.

De contemptu quoque consentiunt, cum adsit mortale, ob coniunctam malitiam inobedientiæ versus Ecclesiam, vt per Io: Andr. & Abb. hic bene Adrian. citato loco, §.his præmissis, Nauar. d.c.27. nu.31. Sayr. & cæteri, & quomodo debeat esse iste contemptus declarat Adrian. subtiliter, §. respondeo, nec non citati Sayr. Graff. & alij in locis prædictis.

Idem quoque, quando excommunicatus est aliquis cum suis participantibus in istis tribus casibus, consentiunt, ex participatione contrahi peccatum mortale, & censuram incurri.

Difficultas sola est in casu, vbi quis participat excommunicato in diuinis, an ex dicta participatione incurratur peccatum mortale, & propterea sit locus censuræ.

Et quidem in his, quæ præcipuè ipsi excommunicato prohibita sunt, quæ circa tria versantur, nempè Sacramenta, Diuina Officia, & Ecclesiasticam se-
82 pulturam, si fiat participatio incurritur † peccatum mortale. Ratio autem adducitur à Couar. in citato loco, quia præceptum de vitandis excommunicatis directè respicit spiritualia, & legitimos actus, qui ergo participat in hac Sacramentorum administratione, & perceptione in diuinis officijs, & Ecclesiastica sepultura, facit directè contra præceptũ

Ecclesiæ, & cum hac ratione resident omnes. Nauar. Couar. Sayr. citato loco, num. 4. secus verò in diuinis; quæ excommunicato prohibita non sunt, de quibus ibi per Couar. qui latè examinat.

Sed contra prædicta oppono, si enim esset peccatũ mortale participare in diuinis cum excommunicato, id non liceret etiam fieri ex metu cadente in constantem virum, sed participare in diuinis de iure per-
83 mittitur, † stante metu, vbi communicatio non contingat in crimen, vel in detrimentum fidei Catholicæ, vel contemptum Ecclesiasticæ censuræ, ergo participare in diuinis cum excommunicato non erit peccatum mortale.

Quod autem permittatur participatio in diuinis ex metu extra illos casus, probatur, quia Sacerdos metu
84 impulsus potest celebrare missam † coram excommunicato, & vbi non in vilipendium fidei, cõtemptumque censuræ celebraret, nec mortaliter peccat, nec excommunicationem incurrit; ita tenent Sum. Confess. Siluest. Io: Maio. & alij, de quibus per Couar. citato loco, d. §. 3. sub num. 9. versic. 4. circa fin. Nauarr. d. c. 27. sub num. 36. in d. c. inter verba, Prælud. 3. num. 4. Gregorius Sayr. lib. 2. capite 14. num. 41. Graff. lib. 4. c. 13. num. 17. in fine.

Hac difficultate moti Doctores dixerunt participationẽ in diuinis esse peccatum mortale, vbi sequitur vili-
85 pendium fidei, contemptus censuræ, † & similia; prædictisque casibus tantum, metum non excusare, si participetur in diuinis. Nauarr. d. num. 36. Siluest. d. quæst. 14. Couarr. d. §. 3. num. 9. versic. 4. in fine. Gregor. Sayr. num. 43. & reliqui, secus in alijs.

Ardua equidem est oppositio, sed ego pro illius resolu-

tione

tione dico, quòd si verum est absolutè, prout fatentur omnes, quòd simplex participatio in diuinis inducit peccatum mortale, verum quoque erit quòd pro aliquo metu eadem fieri non poterit ex dispositione tex. nostri.

Hæc ratio Doctorũ subsistit, dum dicunt, quòd lex Ecclesiastica non prohibet communionem cum excommunicato, etiam in diuinis cum periculo mortis, quia cum participatio fiat cum mortali prohi-
86 bitio † desumitur ex text. nostro ibi cum pro nullo metu, & ratio adducta, quòd lex, vbi non participatur cum mortali, non obligat cum tanto rigore, est vera, sed non adaptatur hic, cum participatio fiat cum mortali, quo casu lex obligat ad vitandam participationem cum periculo mortis; & sic ratio istius communis sententiæ apparet falsa, quo casu non debet attendi, sed præualere debet opinio illa,
87 etiam si esset vnius Doctoris, quæ fulcitur † meliori, & validiori ratione. Doctores in cap. 1. extr. de Const. & est tex. in c. cappellanus, in verb. subtiliori ratione de ferijs, cum alijs, per Curt. iun. consil. 258. num. 14. quia tunc illa dicitur communis opinio, pro qua stat melior ratio, vt ibi per Curtium num. 15.

Et, si propter authoritatem Doctorũ non audeas recedere ab illa opinione, quòd vbi non in vilipẽdium in diuinis sit participatio, metus excusat, quæ quidem est ratione destituta, vt dictum fuit, illam tamen teneas cum infrascripta limitatione, videlicet

Vt non procedat in Clerico participante in diuinis cum
88 excommunicato à Papa, nam eo casu, † & censura incurritur, & mortale peccatum contrahitur, vt habetur in c. significauit, extr. de sent. excommun. ratio autem istius limitationis est exacta, & summa

ma obedientia, quæ summo Pontifici, & eius censuræ, debetur; vt ibi per Doctores, & tradit Greg. Sayr. d.c.11. sub nu.17. hoc enim casu nihil attenditur, nisi quòd censura sit lata à Papa.

Nec obstat huic limitationi, quod in ista censura incurrenda requiratur, quod scienter, & sponte sit facta participatio, vt dicunt Io:Andr. Anchar. Zabarel. Soc. & alij in d.c.significauit, quæ non datur, vbi quis ex metu participat, in quibus terminis versamur, quia eo casu coactio saltem conditionata interuenit.

Nam respondeo, Doctores omnes, præsertim Hostiens. Io:Andr. Card. & cœteros, in hoc c.sacris in respó-
89 sione ad istum tex. consentire, culpam † mortalem contrahi absque spontanea participatione, quòd sufficit ad verificationem limitationis, videlicet, quod pro nullo metu Clericus possit isto casu cum excommunicato participare.

Sed, melius etiam respondeo, nedum culpam, sed etiam censuram isto casu incurri, esto quòd per metum
90 † participauerit, quod desumitur ex verbis Host. in d.cap.significauit, cuius intellectus communiter recipitur. Opponit ibi Hostien. de tex. nostro, nã dum in d.c.significauit, dicitur sponte, & scienter, ergo videtur excusatus, si coactus hoc fecit. Hostien. dicit verum est, quod metus excusat à tanto,
91 † sed non à toto; & sic soluit obiectum tex. nostri, quasi dicat, metus alleuiat, sed non prorsus tollit culpam, neque per consequens censuram; quod melius dixit Butr. in repetitione c.nostri, sub n.10. qui dicit, quod isto casu metus excusat à qualitate excommunicationis, qua quis ire pro absolutione ad Sedem Apostolicam tenetur, quia, quoad illam qualitaté, requiritur spontanea, & voluntaria operatio,

ratio, non per hoc negatur, quin communicans ex metu non incurrat eandem ſententiam excommunicationis, quod pariter voluit Imol. hic ſub nu.5. verſ.item aduerte vbi, & ipſe dicit, quod metus excuſat à pœna impoſita in excommunicatione, vt teneatur communicans ire ad Sedem Apoſtolicam, ſed non excuſat, quia incurrit excommunicationē, à qua per inferiorem abſolui poteſt.

Et propterea, licet ſecundum Doctores inter requiſita ad incurrendam hanc cenſuram adſit ſpontanea
92 communicatio, illud debet intelligi, † reſpectu totius pœnæ, de qua ibi, non autem, reſpectu partis pœnæ, vel cenſuræ; vbi deſit ſpontanea participatio; vel vt inquit Silueſt.ex mente Goffred. in verb. excommun.il 7. ſub num.12. circa medium, quod ex dicto verbo ſpontè excludatur coactio abſoluta,
93 † non autem conditionata; & ita apparet vera iſta limitatio ad ea, quæ tradunt Doctores de participatione in diuinis, videlicet non habere locum in clerico participante in diuinis cum excommunicato à Papa, etiam ſi participaret ex coactione cauſatiua.

Extra hos caſus aliqui putant, ex participatione cum excommunicato non contrahi mortale peccatum; verum inter caſus per Doctores connumeratos, in locis allegatis, additur quando quis frequenter participat cum excommunicato, ita dicunt communiter Doctores, ſed non procedit iſte caſus in nuda frequentia actus, ſed quando habet annexam mor-
94 talem † malitiam, qua animatur excommunicatus ad perſiſtendum in delictis, pro quibus fuit excommunicatus, prout declarat Nauar. cit. loco, vel quando ſequitur contemptus, qui præſumitur ex nimia frequentia. Greg.Sayr. alios citans d.cap.

11. num.

11. num. 14. frequenter vero, quando aliquid fieri dicatur, vide Farinac. q.23. & hi sunt casus, in quibus participatio cum excommunicato non est absque mortali culpa.

Secundus casus, vbi metus non excusat totaliter participantem cum excommunicato est, quando participando quis veniret contra proprium † iuramẽtum;
95 casus est in cap. antecessor 11. q.3. vbi Bonifacius si communicasset eo modo, quo mortale peccatum in participatione incurritur contra proprium iuramentum, de non communicando cum hæreticis illis non fuisset per Summ. Pontif. immunis declaratus à participatione, etiam stante illa necessitate, &
96 ratio est, quia pro nullo metu vitæ quis † debet effici periurus, c. si quis coactus 22. q.5. qui text. pro-
97 cedit, siue iuramẽtum sit assertorium, † siue sit promissorium, vt notat ibi Card. de Tur. Crem. seruit tex. in c. quisquis 11. q.3. quia omne periurium est peccatum mortale, vt tradit Couar. lib. 1. var. resol. c.1. sub n.2. per tex. in c. debitores de iur. iur. ex quo plus corpus, quam animam diligere videtur, quod non permittitur, ideo captiuus, relaxatus sub iuramento de redeũdo, tenetur, si fuit iustè captus, spre-
98 to timore mortis, iusiurandum seruare, † quod fecit Regulus à Pœnis captus, & Christiano viro conuenire tradit Petr. Bellin. de re milit. par.4. tit. 8. n.4.

Quare, etiam pro vitanda morte, non potest quis contra veritatem iureiurando aliquid negare iudici inter
99 roganti, † iuris ordine seruato, vt ex S. Tho. 2.2. q. 69. art.1. tradit Archidiac. in c. in ipsarum 22. q.2. Nauar. in Manua. c.25. sub nu.36. & in c. inter verba, concl.6. n.20. Graff. lib.3. cas. consc. c.17. n.15. & seq. Luc. de Pen. in l. quoties, sub n.33. vers. vnde dicit

de dicit Archid.C.de dignit.lib.12. Couar.de pact. §.1.par.1.sub nu.4.in fi. quicquid sit de iure ciuili, vt bene declarat Tiber.Dec. tract.crim.lib.6.c.11. n.13.in princ. & propterea caueant personæ Ecclesiasticæ, quæ toties iurauerunt summo Pontifici in susceptione ordinum, & adeptione beneficiorum, & in professione fidei, fidelitatem,& obedientiam, ne aliquo timore recedant à promissis,quia non excusantur à pœna spirituali, vt ex Corset. & Menoch. supra annotauimus,quicquid sit in pœna temporali, vt per Anchar. in c.ad apostolicæ,de re iud.in 6. sub nu.8. qui dicit subditos Imperatoris Fœderici, qui propter metum eius tyrannidis non paruerunt Sum. Pontif. non esse priuandos feudis; quia secus est in pœna spirituali,

Tertius est casus, vbi participans cum excommunicato esset talis, cui, ratione officij sui, incumberet onus vitandi excommunicatum, c.significauit, de sent. excom. illud intelligendo, prout declaraui, nu.90. & sequ, quia quando aliquid est vitandum ratione
100 officij,vel dignitatis personę, † tunc metus non excusat, immo nec alleuiat, vt est tex.in c.eos,de consecr. dist.4. vbi illi Episcopi, Præsbyteri,& Diaconi, qui passi sunt se rebaptizari, puniuntur, & ipsis eadem pœna, siue coacti, siue optātes,hoc fecerint, imponitur, secus verò respectu aliorum,de quibus fit mentio in text. Ratio autem nulla alia assignari potest, præterquam, quod ex eorum officio, & dignitate; nedum in seipsos huiusmodi impietatem admittere, sed ne in alios exerceretur, obuiare debeant; Ideo tex. in c.nolite timere 11.q.3. inquit,
101 quòd proditor est † veritatis, qui propter metum, vel,non manifestat veritatem, vel,loquitur mendacium, quare inquit, nolite timere eos,qui occidunt

corpus, non quòd mors non sit timẽda, sed ne propter eius timorem deseratur iustitia; quod maxime spectat ad Prælatos; vt ex mente Vgonis ibi notauit Card. Alex. dicens, quod tunc est proditor veritatis
102 si illam † non deffendit, cum sit Prælatus, qui, quãto maiori dignitate fulget, delinquendo, facilius cęteros ad interitum suo exemplo perducit, c. cũ quidam, vbi Gl. in verb. dignitate, extr. de iur. iur. quod considerans gloriosissimus Eleazarus, nec etiam voluit simulare comestionem cibarum ex lege vetitorum, ne huiusmodi impietati eius exemplo alij adhærerent, cum Prælatis enim etiã metu delinquen-
103 tibus lex durius † procedit, si enim facta hæreticalia metu committant, non effugiunt vehementem
104 hæresis suspicionẽ, † vt ex mente Gerso. tradit Pegna ad Direct. schol. 22. vers. sed hæc quidem omnia, in fi. quod in inferioribus non procedit, & ideo
105 crudelius cęteris puniuntur, † quia deterius peccãt; seruit tex. in l. quædam delicta, vbi DD. ff. de pœn. & multos citat Tiraq. de pęn. temper. caus. 31. n. 18. vbi declarat nu. seq. quando crimen augeatur dignitate, quod non placet Gl. in d. verb. dignitate, quia
106 aggrauat inquit Glos. peccantem, † non peccatum, sed an peccatum, an peccans, aggrauetur, non refert; sufficit, quod vbi peccatur in his, quæ dignitatem propriam concernunt, vel illius administrationem, siue in his, propter quæ dignitas fuit obtenta,
107 siue quando peccatum † cadit in dedecus, & contumeliam propriæ dignitatis, vt Tiraq. qui plures adducit d. caus. 31. n. 19. latius per Farinac. q. 98. n. 114 quod tunc delictum augetur, quia in his delinquẽdo contra proprium iuramentum venerunt, quod
108 † est grauissimum in Prælatis, d. c. cum quidam Gl. notabilis in c. ad Apostoiicæ in verb. deierauit, de

 sent.

ſent.& re iud.in 6. & ideo ex metu non excuſandũ.
Quartus, & vltimus caſus eſt, vbi lex Eccleſiaſtica
109 † obligaret ad vitandum excommunicatum, & ad non participandum cum ipſo ſub pęna peccati mortalis, etiam cum periculo vitæ, tunc enim metus nõ
110 excuſaret, quia lex † quamuis dura eſt ſeruanda, l. proſpexit, ff. qui, & à quibus, vt tradit Couar. d. §. 3. ſub n. 9. verſ. tertio ſolet, vbi ex Caiet. quẽ allegat, tenet legem humanam poſſe ad hoc obligare, & latius proſequitur plures allegando Greg. Sayr. lib. 2 c. 14. n. 39. qui, & iſto caſu tenet, etiam cum periculo mortis, teneri ad vitandum excommunicatum, vt ibi per eum in fi.

Ideo propter hoc dicunt DD. quod, quando non incurritur excommunicatio ob actionem prohibitam, nõ eſt ex eo quòd lex non poſſit ligare, ſed quia noluit ligare, ſi enim appareret, Conditorem Canonis voluiſſe obligare ad obſeruationem mandatorum, etiam cum periculo vitæ, tunc, dicto periculo imminente, non liceret venire contra diſpoſitionem legis, & ita dicunt omnes, ſicque apparet in iſtis caſibus metum non excuſare participantem cum excõmunicato, per ea, quæ adducta fuerunt; &, quia etiam in his adeſt mortale, quo ſtante, ex nullo metu illud quis poteſt incurrere, vt ex tex. noſtro.

Verùm, quia contra huiuſmodi caſus faciunt fundamẽta deducta pro opinione negatiua, ideo me confero ad illorum reſolutionem.

Et, quoad primum, de pœna commenſuranda delicto, quod non eſt ita graue in participante ex metu, pro ut in participante ſponte, dico, quòd in impoſitione pœnæ, de hoc ratio habetur, cum in abſolutione à cenſura non æque puniatur metu participans, prout ſpõte participans; ſic enim cõſiderauit Abb.

111 in hoc c. sacris, sub n.7.circa fi. † qui vult, quòd in absolutione, minori pœna plectatur is, qui metu participat eo, qui sponte participat.

Ad secundum respondetur, in participante ex metu, dolum sufficientem existere ad incurrendam excom-
112 municationem, nam satis dicitur † esse in dolo, qui leges transgreditur, l. leges sacratissimæ, C. de ll. Bal.cons.35.lib.3.sub nu.4.vers.sed in trãsgressore. Crauet.cons.282.sub n.8.vers.nono dolus,per tex. in l.propter veneni,§.1.ff.ad Syllaian. & alios citat Farinac.q.89.n.81. Ideo infertur ad tutoré alienantem bona prohibita ad eum, qui contra iura mercatur,qui dicuntur esse in dolo, cũ contra dispositionem legum, ad quarum obseruationem tenentur, faciant, & dicit tex.in l.dolus, ff.mandati, quem in
113 proposito citat Rom.cons.191.in dolo esse,qui † nõ facit, quod facere tenetur, de quibus omnibus cumulatissime per Far in.cit.loco.Sed cum participãs per metum, actum à lege prohibitum fecerit,meritò dicitur esse in dolo,& non dico hoc solum respectu participationis prohibitę cum excommunicato ad l.si non conuitij, C.de iniur. sed etiam respectu
114 † inobseruantiæ legis diuinæ, qua præcipitur contemptus vitæ ad vitandum mortale,iuxta illud,nolite timere eos,qui occidunt corpus, nã in hoc consistit dolus, cum huiusmodi præceptum metu participans non obseruauerit,timens quod timendum non est,non abhorrens periculum salutis pro tuenda vita, quod fortius dicendum est in personis Ecclesiasticis, quæ ratione officij,ac dignitatis suæ,ad obseruantiam istius legis tenentur. arg.tex. in l.tutor,qui repertorium,ff.de administr.tutor.

Ad tertium DD. laborant circa illius solutionem in hoc c.nostro. Ego autem sum contentus illa solutione,

quam

quã inter cęteros tradit Couar.d.c.3.nu.9.ſub verſ. ſecundo quo apertius cir.ſi. videlicet,quod ex quo in neceſſitate famis,& repetitione rei debitæ, ab ex communicato petitur id, ad quod ipſe eſt obligatus, nulla malitia datùr circa huiuſmodi actus, ſed quando in non permiſſis communicat, tunc metus
115 † non tollit malitiam actus, quæ in caſu d.c.ſi verè, c.quia multos, & c.inter alia non reperitur, & ideo licet ex neceſſitate dictarum cauſarum permittatur communicatio, non ſequitur, ergo permittitur in alijs cauſis ex imminenti periculo interitus vitæ.
116 Pręterquam quod vbi tractatur de præiudicio † excommunicati, non prohibetur de iure ad illum effectum participatio, vt patet in dictis iuribus,ſecus verò vbi de eius vtilitate, quia tunc nō licet, etiam ſtante periculo vitæ. & cum iſtis ſolutionibus ego pertranſeo.
Nec mihi diſplicet, quod in ſolutione huius contrarij excogitauit, & doctiſſime quidem Bartol. Vgol.in tract.de cenſ. tab.2.c.23,n.4. quod placuit Abb. in hoc c.ſacris, ſub n.7.in fin. vbi dicit,in dictis caſib. permiſſam eſſe communionem,cum medium com,
117 municādi † ſit permiſſum, & non prohibitum,nam viator,ne fame pereat, ab excommunicato petit panem, eleemoſynam, & ſimilia, quæ ſunt de genere permiſſorum;ne vero interficiatur,communicat cū excommunicato,in his,quæ permiſſa nō ſunt; ideo nimirum, ſi non permittatur, etiam ex metu vitæ. Hæc itaque tradit iſte doctiſſimus vir, & mei amātisſimus in d.tract.de cenſur.in quo exactè materiā
118 tisſimus in d.tract.de cenſur.in quo exactè materiā cenſurarum tractauit,& non ſolum ex illo tractatu, ſed ex alijs multis, nempe de ſimon. de irregular. de cenſur.Sum.Pont.reſeruatis, de vſur. oſtendit, quantum in ſcientia Iuris Canonici, & Ciuilis polleat

 leat

leat ingenio,& doctrina, cum quibus ita coniunctā habet vitæ integritatem, summamque in pauperes pietatem. quos nedum pecunia,& alijs,ad vitæ sustentationem necessarijs, fouet,verùm etiam & scientiam sibi à Deo elargitam illis communicat, cū continue pauperibus, præsertim Clericis locorum sibi adiacentium, in publicis studijs cōmode se sustentare non valētibus, lectiones Canonum, sacræ scripturæ, ac Iuris ciuilis, cū non modico eorū fructu, gratis perlegat, vt merito conspicuus in Clero nostro, ac vbique locorum, reddatur.

Ad quartum de c.significauit, dictum fuit supra,metum, & coactionem non solum non excludere culpam, vt ex Io: Andr. Ancharan. Zabarell. & alijs, quos
119 citauimus, † sed nec etiam censuram quo ad effectū incursus, quia, si in sententia iuris, metus non excusat à censura, vt in hoc tex. nostro, multo minus excusabit in sententia Papæ, in qua DD. considerant maiorem obedientiam, & in hac consentiunt Hostien. Butr. Imol. & alij supracitati.

Nec aduersantur Doctores qui requirunt participationē spontaneam,quia illud est verum,vt tota possit imponi pœna, de qua in d. text. non autem, quod, si adsit metus, vel coactio, participans sit immunis à culpa, & censura, quia eo casu excusatur à tanto, non autem à toto; vt benè deducit Hostiens. mox allegatus in dicto capitulo significauit, & ita sunt intelligendi Doctores spontaneam operationem requirentes.

Ad quintum dicitur, ibi nō excusari milites, ex eo,quod ad vitandam sæuitiam Iuliani cum ipso participa-
120 bant, sed quia non erat denuntiatus † ab Ecclesia, quod multo magis hodie habet locum ob extrauagan. Mart. V. incipien. ad vitanda, quæ ex mente

Nauar. de Orat. & Hor. Canon. c. 22. num. 5. & sub nu. 9. in fi. cons. 1. de constit. num. 60. lib. 1. tom. 1. & in Manual. c. 27. sub nu. 35. not. 3. vers. sed, quia durum, habet locum etiam in hæreticis non denunciatis, licet prius in dictis locis plura opponat.

Ad sextum dicitur, quod in casu nostro satis per legem
121 exprimitur, † vbi in mortali, seu in alio ex prędictis casibus, versamur, cum dicat tex. *pro nullo metu &c.* Nec obstat doctrina Nauar. in d. Notab. 11. quia cũ fateatur Nauar. peccatum mortale committi, quod est verissimum, pro quo adduco text. in d. c. Iulianus, vbi milites Cristiani, Imperatore iubente, in Christianos aciem dirigi, non dirigebant, quia sæuitijs, minisque terreni Imperatoris præponebant timorem Domini, sic desumitur ex tex. in illis verbis, cognoscebant regem cęli, & in c. Imperatoris, §. Iulianus dicitur, & non agnoscebant nisi illum, qui in cœlo est, & illi Deum præponebant; ex quibus colligitur, in his milites Christianos nihil timuisse, quàm Dei iustum iudicium: Si enim cõtrarium fecissent, metuq; Imperatoris in Christianos pugnas-
122 sent, † ex metu, non fuissent excusati ab his, quæ incurruntur ob pugnam in Christianos; prout nec remiges isti. Et licet Nauarr. putet à Censura excusari, dico illius dictum esse intelligendum secundũ
123 text. nostri dispositionem, † nempe à qualitate pęnæ in absolutione, non autem ab incursu, sic enim concludit eius ratio de deffectu intentionis sacrorum Canonum, quæ est, vt alleuiet, non autem, vt prorsus excludat, prout dicit text. noster, & sic intelligendus est omnino Nauarr.

Nec obstat casus Beati Marcellini, quia metus, & non error in intellectu, ipsum impulit ad thurificandum Idolis, quò casu fuit excusatus ab hæresi, quæ non con-

124 contrahitur cessante in intellectu errore, † & pertinacia; vt per Albert. d.q.30.num.6. & sub nu.10. Simanc. de Cath.instit. tit.17. nu.35. intellexit enim actionem thurificandi facere, sed nõ intellexit; illam bene facere; quod requiritur, vt sit hæresis.

Et cum prædicta resolutione contrariorum, expeditam habemus materiam metus circa censuras. Vnde, ex his, quæ dicta sunt bene potest inferri ad Episcopos, Prælatos, Præsbiteros, aliasque personas Ecclesiasticas, quæ metu mortis, siue alio iusto metu, interdictum in terris Serenissimæ Reipublicæ Venetæ à Sanctissimo Domino Nostro impositum violarunt.

Circa quod si considerentur, quæ dicta sunt in participatione cum excommunicato, nullam eisdem in præmissis excusationem competere apparebit.

Primum enim non est dubitandum, eos mortalitér pec-
125 casse, † quod patet ex pœnis, quas incurrunt, violantes interdictum, de quibus in c.is cui, de senten. excom. in 6. vbi cõmuniter DD. & in c.postulastis, vbi Gl.& ibi not. Abb.n.5. Card.n.4. de Cleric. non ord. ministr. & in c.tanta, de excess. Prelat. & hoc in indiuiduo de peccato mortali tenet Nauar. in Man. c.25.n.93.94.95.& seq. & sicut peccant mortaliter
126 domini † terrarum, cogentes Sacerdotes ad celebrãdum in loco interdicto; immo sunt excommunicati Clem. Grauis, de sent.excom. Nauarr.d.c.25.n.16. ita etiam celebrantes, ita arguit in casu suo Soci. in c.inter alia, sub n.58. vers. octauo probatur, de senten.excom.

Secundum quoque considerandum est, quod violando
127 interdictum venerunt contra censuram † Papæ, ne dum simpliciter, quod ex metu non permittitur, vt sup.nu.88.& seq. sed, quod peius est, in vilipendiũ Ecclesiæ,

Ecclesiæ,& ipsius Sum.Pont.quem prætendit Dux non potuisse censuras fulminare, illiusque dominij terras Ecclesiastico supponere interdicto, vt in illa numquam satis deploranda epistola ad Episcopos, & Prælatos Venetos, quæ sub ipsius Ducis nomine circumferebatur, & declarat hoc frequentia celebrandi, quæ hoc casu non est absque vilipendio, ac contemptu Censuræ.

Tertium, quod hoc fuit in dedecus Ecclesiasticæ digni-
128 tatis, † cũ enim censuræ emanauerint pro tuẽda libertate Ecclesiastica, tam respectu rerum, quã personarum, ad quam tuendam ex officio propriæ dignitatis tenentur Prælati, violando interdictum, approbauerunt, quæ iniuste decreta fuerunt ad diminuendam Ecclesiasticam libertatem, quod tendit in contumeliam dignitatis Ecclesiasticarum personarum.

Quartum, quod cum toties, & in susceptione ordinum, adeptione beneficiorum, & dignitatum, emissione professionis fidei, iuxta Bullam Pij Quarti, summo Pontifici fidelitatem, & obedientiam iureiurando promiserint, non obediendo censuræ contra pro-
129 prium iuramentum † venerunt, quod in Prælatis est turpissimum.

Vltimum, quod intentio Summi Pontificis est, vt, etiam cum periculo vitæ, teneantur ad interdicti obseruationem; de cuius potestate non est ambigendum, vt supra dictum fuit sub nu. 110. Intentioque pro-
130 batur, † quia sacerdotibus à dicto dominio recedẽtibus, qui metu adducti interdictum violarunt, de beneficio absolutionis delegatos, ad huiusmodi absolutionem impartiendam, cum sufficienti facultate deputãdo, benigne prouidere dignatus est, quod non fecisset, si ex metu, vt à censuris pro Interdicti

viola-

violatione immunes essent, voluisset.

Quæ omnia de per se sufficiunt, vt, etiam stante metu, nō sit excusationi locus, multo magis omnibus simul iunctis, & concurrentibus.

Sed, quod aggrauat est, quia nulla apparet, quod maxime dolendum est, resipiscentia; immo, ex falso tex. nostri intellectu, cuius causa ad præmissa scribēda, nulla habita ratione imminentium laborum, quos pro officio meo his temporibus sustineo, me cōtuli, sine læsione conscientiæ prędicta facere posse falsò
131 putant, parum considerantes, quod peccata, † metu commissa, consensu caruisse non dicuntur, vbi peccans statim redire, pœnitentiamque agere differt, cum diu tacens, nec reclamans, consensisse, ac ratū habuisse videatur, l. 2. C. de his, quæ vi, metusue caus. fiunt, & tradit Simanc. de Catholic. institut. tit. 17, num. 37. Pegna ad Director. d. scol. 22. vers. Monet.

132 Hinc Beatus Marcellinus, statim † commisso delicto, corā Concilio sui erroris facta accusatione prodijt, Nec veritus est Beatus Bonifacius martyr, ex sola dubitatione illius communionis, licet ex causa necessaria factæ, accusando se, consilium sanctæ sedis Apostolicæ exquirere; quorum exempla, qui in hoc periculo versantur ad promerendam peccati veniam minime imitati fuerunt, quod facere deberent; sic .n. Dauid dicens peccaui, audiuit quoque Dominus peccatū tuum transtulit. Apud Atheniēses capti pro delictis, de pœna, sibi pro commissis delictis imponenda, interrogabantur; quam, si veram, & delicto congruam fatebantur, nulla vel saltem leuiori, pœna afficiebantur, quod sperandum esset ab istis, si, ad cor reuersi, sanctæ sedis Apostolicæ benignitatem implorarent.

Et